APPENDIX
AD VNIVERSAM
HISTORIAM
SACRAM ET PROFANAM.

QVA COMPREHENDVNTVR,

EXCERPTA HISTORIÆ OROSIANÆ:

SIVE,

CHRONOLOGIA EX HISTORIARVM P. OROSII LIBRIS CONTEXTA.

DE VII. ROMANORVM REGIBVS, EORVMQVE REBVS GESTIS, OBSERVATA TEMPORVM RATIONE, SYNTAGMA.

ORATIONES III. EODEM PERTINENTES.

I. De MARDOCHÆI, qui Reginæ ESTHERÆ Patruus, Pietate, & laudabili adversus AMANEM Theomachum Constantiâ.

II. De sociali JVDÆ Machabæi fœdere cum Romanis.

III. De PHARISÆIS, vetere & præpotente apud Iudæos Sectâ.

Auctore eodem ANDREA HOIO Brugense, Regio, in Academiâ Duacenâ, Eloquentiæ & Historiarum Professore.



DVACI,

Ex Officinâ Typographicâ BALTAZARIS BELLERI sub Circino aureo, anno 1629.



AMPLISS.mo VIRO, DOM. D.

GERARDO CORSELIO

I. V, DOCTORI,

ET OLIM PRIMARIO, IN ACADEMIA LOVANIENSI, ANTECESSORI.

NVNC IN SANCTIORE ET INTERIORE Consistorio, Bruxellæ, Regi Catholico à Consiliis.

Salutem.



VETVS istud, Εὔνοι' ἄκαιρος οὐδὲν ἐχθρᾶς διαφέρει. Amplissime Dom. ab incæpto, quod animo dudum meo erat informatum; pænè absterrebat. nisi còncitata passim in Doctorum animis, de tuâ humanitate & comitate, opinio; & perspectior mihi, in Te, omni ætate, gradu & fortunâ; in Te, inquam, Græcarum litterarum professore: Primario I. V. Antecessore; & Regio denique Senatore: in bonas Arteis, earumque cultores, adfectus, & pudorem à naturâ insitum, & subrusticum de importuniore benivolentiâ metum; excussisset, aut suppressisset.

Sed quid dissimulo?

Anni sunt ferè decem, quùm, inter cætera, litteris ad Te pro veteri familiaritate perscriptis significâram, aliquot me annos, in Historiâ Vniversâ, Sacrâ & profanâ, concinnandâ, & per certam Temporum seriem digerendâ; tum ex professionis meæ instituto: tum pro meo in Philologæ Iuventutis commoda & profectum studio; consumsisse. Et nisi mihi, ex parte saltim, operæ non infeliciter positæ, conscius tum fuissem; de eâ publicandâ (licet multi instigarent) minimé in posterum cogitaturum fuisse.

Deinde, quùm spes non esset, ut eiusce Historiæ, iam adfectæ, editio permitteretur, nisi ea in Magno Concilio visa; & ab aliquo, cui eæ partes delegatæ; esset inspecta. Et modò Ecclesiastici Censoris iudicium auctoritasque antecederet; facile fore, ut istiusmodi permissio impetraretur. Tu mihi ultrò, ne mora longior (citrà exemplaris transmissi periculum) interveniret;

operam

operam omnem adhibiturum spondebas. Nec fides promissis abfuit. statim namque, ut exemplar cum Censurâ accepisti; curatum sedulò est, ut Libri excudendi potestas fieret Typographo, quem elegissem; cum sexennij Reg. & Cathol. Maiestatis privilegio.

Neque id satis. Sed Historiam, quam, licet vastiorem, ex officio, neque obiter, inspexisses; publicè fore utilem iudicâsti. quæ alia similis instituti scripta, minus fortè proba, è manibus Philologæ Iuventutis esset excussura.

Pro quâ, tam expromtâ liberalique operâ, & pleno boni adfectûs testimonio, totum me Tuo in ære esse, ingenuè tum profiteri memini. Et in præsentiâ, Liber iste, qui Tibi, moderatori, suasori & laudatori, vitam quodam modo spiritumque debet. quantumvis aliorum nominibus præscriptus. ceu quidam meæ ergà Amplissimam Tuam Dominationem, pro memoratis in meritis, observantiæ arrhabo, ad Eamdem accedere gestit. Sed cum Auctario, sive Appendice rerum eódem spectantium, Tuo eiusdem Nomini speciatim nuncupatâ. Cuius scripti, licet exilis & levidensis, argumentum & tractatio, (nisi quid me fallo) ad Genij tui palatum, quin factura sint, vix ambigo. cui tot aliæ, paris aut diversi generis, Orationes, si non Atticæ; doctæ tamen semper, (ni adfectus pro iudicio) visæ sint, & elegantes.

Quæ fortasse-an veriùs de Tuis felicioris ingenij & venæ scriptis, posteritatem, cui illa non invideris; iudicaturam, & de novis Dignitatum incrementis aliquando gratulaturam esse ominamur.

Tuam interea Amplitudinem bellè & prosperè valere ex animo optamus.

Duaci, Kal. Febr. ∞ DCXXIX.

Eidem Amplissimæ Dominationi
addictissimus cliens
ANDREAS HOIVS Brug.



EXCERPTA HISTORIÆ OROSIANÆ; SIVE, CHRONOLOGIA EX HISTORIARUM PAVL. OROSII LIBRIS CONTEXTA.

(Salva argumenti pietate, quod ad Historiæ seriem non facit.)

An. ante Vrb. C. | Ab Orb. Cond. | Ant Natal. Chr.

QVoniam OROSIVS, priorum ab Orb. Cond. Sæculorum, ad NINVM Assyriorum regem, sive ad Abrahami ortum, supputationem, ex Bibliorum editione (quæ LXX. interpr. dicitur,) deducit: & ex eâ certum CHRISTI Dom. nati, ab Origine Mundi, annum constituere conatur. Veterrimaq; hæc est quæstio: in quâ, ut ait BARON, sudârint & alserint, tum antiquorum, tum recentium Historicorum & Chronologorum ingenia. Atque adeò ob exemplarium varietatem; & quòd non eamdem omnes, in annorum illorum enumeratione, methodum ordinemque servarint; mirum dictu, quo pacto, quot sunt pænè capita, (ut vulgari proverbio dicitur) totidem de iisdem Scriptorum sententiæ reperiantur.

Sunt enim & quidem probatissimi, tàm veteres, quàm recentes; (EVSEBIVS, ORIGENES, CHRYSOSTOMVS, & ipse OROSIVS, ALFONSVS, aliique, sed præsertim Græci) qui annos ab initio Mundi, ad CHRISTVM Dom. putent, plus minus, 5199. Alii; Hebræi maximè, & permulti Latini, plus minus, 3952. Discrimen notabile in 1247. annis. ut cæteros prætereamus.

Huius autem discriminis origo profluxisse videtur, ex Græcâ Bibliorum per LXX. Interpp. translatione. qui super annorum numero in primâ & secundâ Ætatibus; ab Orbis, scilicet Conditu, ad Diluvium: Item à Diluvio, ad Ortum Abrahami, minus cum Hebraico contextu conveniunt. Ibi namque LXX. Interpp. annos putant 2242. Hebræi verò, tantùm 1656. (Excessus annor. 586.)

Hic, iidē LXX. annos numerant 942. Hebræi, tantùm 292. (Excessus annor. 650.)

Quò fit, ut numerus annor. ab Orb. Cond. ad Natum Abrahamum, ex LXX. collectus, alterum ex Hebr. superet universè, 1236. vel adiecto etiam Cainano (quem Hebræi penitùs prætermittunt) 1366.

In numero autem annorum, pòst ABRAHAMI Ortum, exiguum admodum discrimen est inter utriusque factionis Chronographos. Eusebius namque, àb Ortu ABRAHÆ, ad CHRISTI Dom. Natalem, ponit annos 2025. OROSIVS 2015. ni sit error in notis. Et eadem hæc annor. summa parum, aut nihil dissonat, ab eâ annor. serie, quæ ex sacris Libris ad exitum usque captivitatis Babyloniæ demonstrari; & deinceps ad CHRISTVM usque natum, ex probatis Chronographis colligi potest. Nisi curiosior quorumdam recentiorum subtilitas obsistat, aut certiora edoceat.

Ex primo Lib. Historiar. Orosii.

Ca. 1. Omnes propemodùm, qui tàm apud Græcos, quàm apud Latinos, res gestas regum, populorumque, ad diuturnam memoriam verbis propagavérunt, initium scribendi à NINO. BELI F. Assyriorum rege, fecére. (Ctesias, Diodor. Siculus, Euseb. Iustin. Cassiodor. alii.)

An. antè Urb. C. | Ab Orb. Cond. | Ant Natal Chr.

Hunc BELUM fuisse NEMROTHUM, qui Genes. 10. Babylonem: & NINUM esse ASSUREM, qui Niniven ædificârit; hinc colligunt, quòd Veteres testentur Babylonem à BELO conditam, & Niniven à NINO. (Diodor. l. 2. c. 1.) Et in sacris litteris primus in Orbe rex NEMROTHUS; & iuxtà profanos BELUS. (B. AUGUST. in ASSURE discrepat, qui ex stirpe S.mi fuerit: NEMROTHUS verò, ex Chuso, Nepos Chami. ex eodem Gen. cap.)

Ego autem (inquit OROSIUS.) Initium miseriæ hominum ab initio peccantis hominis ducere institui; paucis delibatis.

1. Sunt autem ab ADAMO, primo homine, usque ad NINUM, magnum (ut dicunt) regem, quandò natus est ABRAHAMUS (anno eiusdem regis 43. auctore EUSEB.) Anni MMMCXCIV. (qui à profanis historiographis, vel omissi, vel ignorati.) De quibus Euseb.

Quùm divinam scripturam diligenter evolveris; A Nativitate Abraha, usq; ad totius Orbis Diluvium, invenies retrorsum, ann. 952.

Item. A Diluvio usq; ad Adam. 2242. Consummatè 3194.

2. A NINO autem, vel ab ABRAHAMO nato, usque ad Cæsarem Augustum, hoc est, ad CHRISTI Natalem, (qui incidit in annum Imperij Cæsaris Augusti XLII. quo IANI Portæ clausæ sunt; & Parthi in ordinem redacti; atque ita bella toto Orbe conquieverunt) Anni colliguntur, 2015.

(*In quibus quidem annis, se inter auctores scriptorésque omnium panè otia negotiaque triverunt.*)

(Ex Martyrologio Romano, ad XXV. Decemb. hæc universè est annorum supputatio, quâ Catholica Dei Ecclesia, quotannis, in Fastis suis denuntiat Natalem Dom. IESU CHRISTI.

Anno à Creatione Mundi. 5199.

A Diluvio. 2957.

A Nativitate Abrahami. 2015.

A Moyse, & Egressu populi Israel. ex Ægypto. 1510.

Ab Unctione Davidis in regem. 1032.

Hebdomade, iuxta Prophetiam Danielis, 65.

Olympiade. 194.

Anno ab Urbe Româ Cond. 752.

Anno Imperij Octaviani Augusti, 42.

(IESUS CHRISTUS nascitur ex MARIA Virgine.)

(*Sic quidem* OROSIUS *primo capite generatim & obiter ab Orb. Cond. ad* CHRISTUM, *colligit ann. 5199.*)

At quoniam idem sub finem eiusdem 1. capitis, dicturum se promittit, Ab Orbe Condito, usque ad Urbem Conditam: & dehinc usque ad Cæsaris Augusti Principatum, CHRISTIQUE Natalem, &c. clarioris doctrinæ ergò, necesse erit Annos 2. membri sic distinguere.

A Nino, qui eo tempore, quo natus est Abrahamus, regnavit; ad Urb. Cond. an. 1300.

Ab Urb. Conditâ, ad CHRISTI *Dom. Ortum, sive ad XLII. Augustiés Imperij annum, an.* 715. *Sum.* 2015.

Et speciatim iidem anni ex rerum gestarum, quæ ab OROSIO commemorantur, compendio, sic colligi possint.

NINUS.

1300. M.ccc. (veriùs, 1337.) NINUS, primus, (ut ipsi scilicet profani scriptores volût. 3147. 2052.
Qui, licet ordine tertius, cæteris eminere voluit. Πρῶτος τῶν ἐις ἱστορίαν καὶ μνήμην παραδεδομένων. Diod. Sic.) propagandæ dominationis libidine, arma foras extulit: totâ Asiæ, exceptis Indis imperitavit: Euxinum Pontum perdomuit: Scythicam Barbariem excitavit: ZOROASTREM, Bactrianorum regem, oppressit.

Hic autem annus, antè Urb. Cond. 1300. Niniianæ expeditionis (uti videtur OROSIUS

An. post Vrb. C. OROSIVS sentire) fortè primus, secundus aut tertius, &c. fuisse ce[illegible]catur. Et, Ab Orb. Cond. siveab Adamo, 3184. (veriùs, 3147.) Antè Nat. CHRISTVM, 2015. (veriùs, 2052.) Ann. ab Orbe C. Ant. Natal. Chr.

Si namque Abrahamus, ut ait EVSEB. natus est XLIII. Nini regnantis anno. hic annus M. ccc. ante Vrb. Conditam, non potest æquabiliter aptari supputationi annorum ab Adamo, usque ad Nat. Abrahamum; & sic deinceps. quòd minus probabile sit, tum demùm Ninum cœpisse imperij sui fineis proferre, quùm iam XLIII. regni annos explevisset.

Neque anni illi à NINO, sive ab Abrahamo, nato, ad CHRISTI Ortum, sic dividi; ut Mille Trecenti numerentur à NINO, ad Vrb. Cond. (quod hic facit OROSIVS.) Et reliqui, ex bis Mille Quindecim, Ab Vrb. Cond. ad Nat. CHRISTVM. Sic enim tantùm essent, Ab Vrb. Cond. ad CHRISTVM, anni 715. quùm sint, vel ipso OROSIO teste, lib. 6. cap. 22. anni 752.

Dicemus itaq; hunc expeditionis annum esse imperij Niniani sextum; sive Tricesimum septimum, antè Nat. Abrahamũ; & hic numerari debere M. cccxxxvii. annos antè Vrb. Condĩtã. Vt sit annus ab Orb. Cond. 3147. Et ante Nat. CHRIST. 2052. Qui efficiunt simul annos illos 5199. Ex Euseb. de quibus initio.

Sequemur nihilo minus Chronologiam OROSII, æquali temporum discrimine.

Hic autem NINVS cruentam vitam, L. annos, per totam Asiam bellis egit. (Lib. 2. cap. 3. regnâsse eum dicit LII.)

SEMIRAMIS.

1250. Eidem mortuo SEMIRAMIS uxor successit; virum animo, habitu filium gerens. 3097. 2002.
avidosque iam usu sanguinis populos, per XLII. annos, cædibus gentium exercuit. Æthiopiam bello oppressam imperio adiecit; & Indis bellum intulit.

De eâdem (OROS. lib. 2. cap. 2.) Babyloniam urbem instauravit; caputque regni Assyrij ut esset, instituit. Et c. 3. Medio imperij sui tempore Babyloniam regni caput condidit. Libri autem eiusdem cap. 4. Babyloniam à NEMRODO Gigante fundatam, à NINO vel SEMIRAMIDE reparatam multi prodidêre. Et cap. 2. A primo anno imperij NINI usquequo Babylon à SEMIRAMIDE instaurari capta est, intervenêre anni 64.

Ca. 5. Continis Arabiæ regio, quæ tunc Pentapolis vocabatur, (uberrimus, Sodomorũ & Gomorrhæorum, Adamæ, Seboim, & Segor, urbium quinque, tractus) igne 3287. 1912.
cælesti penitùs arsit. Genes. 19. (Meminit, inter alios Tacitus, lib. 21.)

Ca. 7. Telchines (Sicyonij, an Cretes?) & Carpathij (quorum tanta olim celebritas, 3377. 1822.
1070. ut nomen vicino mari dederint) pervicax prœlium, adversùs PHORONEVM, regem Argivorum in Peloponneso (auct. Eusebio, Secundum) & Parapasios (fortè, Parasios, qui, apud Sequestrem, Arcadiæ populi) gessêrunt. Et victi, Rhodum Insulam cepêrunt, & habitârunt.

1040. In Achaiâ, sævum Diluvium vastatione plurimâ totius pænè provinciæ fuit. 3407. 1792.
quod quia OGYGII, qui tunc Eleusine. conditor urbis & rex erat, temporibus effusum est; nomen loco ac tempori dedit. (B. Aug. lib. 18. c. 3. De Civit. Dei.)

Ca. 8. Apud Ægyptios insolita frugum ubertas; & deinde pænuria atque intolerabilis 3439. 1760.
1008. fames, (VII. utraque annorum) cui IOSEPHVS, Patriarchæ IACOBI F. vir iustus & sapiens, divinâ providentiâ subvenerit. (Gen. cap. 44. Iustin. lib. 36.) Fuit hæc fames, magna, rege Ægyptiorum Diospolitâ, cui nomen erat AMASIS. Quo tempore BALEVS Assyrios; Argivos APIS regebat. (B. August. lib. 18. cap. 4.)

Ca 9. AMPHYCTION tertius à CECROPE (Cranao per vim pulso) in Atticâ regnavit. 3637. 1562.
810. Tum quoque Aquarum illuvies maiorem partem populorum Thessaliæ absumsit. Quod Diluvium Deucalionéum dictum, proptérea quòd DEVCALION, qui in montis Parnassi circuitu, tunc regno potiebatur, ratibus ad se confugienteis, & susceptos, per gemina Parnassi iuga aluerit ac foverit. A quo propterea genus hominum reparatum ferunt.

Pestes quoq; plurimæ & diri morbi in Æthiopiâ viguêre. (Testis Plato, Timæo.)

Liber Pater Indiam subactam cædibus opplevit.

C. 10. Infanda Ægyptijs mala, atque intolerabiles plagæ incubuêrunt. quòd populum 3642. 1557.
805. Dei, hoc est, Israelitas, & genus Iosephi, (cuius ope & industriâ multis antè annis fuerant cõservati) servitio oppressum laboribus cruciarent: Neque nisi decẽ plagis onerati ac protriti, MOSE duce, dimitterent. Et mox pessimâ pænitentiâ dimissos persequi ausi; ultima nefandæ pervicaciæ expendêre supplicia. Hebræis namq; tutò per sicca Maris Rubri gradientibus, refusis à tergo adstantium aquarum molibus, obruta est & interfecta, unà cum rege suo, universa Ægyptiorum multitudo.

His etiam temporibus, adeò iugis & gravis æstus incanduit, ut Sol per devia

An. post Vrb. C. transvectus, universum orbem non calore adsecisse, sed igne torruisse dicatur. Ex Ann. ab Orb. C. & ante Nat. Chr.
quo quidam etiam, dum non concedunt Deo ineffabilem potentiam suam, inaneis
ratiunculas conquirentes, ridiculam PHAETHONTIS fabulam texuérunt. (PLATO,
Timæo. OVID, Metamorphosi.)

C.11. Inter ÆGYPTI & DANAI fratrum liberos, quinquaginta paricidia unâ nocte 3672. 1527.
775. commissa sunt. Et DANAVS regno Ægypti, flagitiosè parto, pulsus; Argos concessit.
Ibique indignè persuasis in facinus Argivis, STHENELAM (al. GELANOREM,
Sthenelæ F.) qui eum profugum susceperat; regno spoliavit.

Tunc & BVSIRIDIS, in Ægypto, cruentissimi tyranni, crudelis hospitalitas, & crudelior religio fuit. (Diod. l. 1. & B. Aug. lib. 18. cap. 12.)

Tunc etiam TEREI, Thracum regis, PROCNÆ & PHILOMELÆ sororum, filiarum PANDIONIS, incesto, parricidium adiunctum; atque exsecrabilius utroque convivium, per infandos cibos, additum est. (Ovid. Metamorph. 6.)

Iisdem temporibus PERSEVS è Græciâ in Asiam transvectus, Barbaras genteis domuit. Et victor, genti subiectæ, Persis, nomen dedit. (Herodot. lib. 7.) qui anteà Cephenes & Artæi appellabantur.

C. 12. Regnum Assyriorum per 1160. annos, usque ad SARDANAPALVM, sub 50. propemodùm regibus, steterat. Quibus regnantibus, TANTALI & PELOPIS in Phrygià facinora: PERSEI expeditiones: CADMI exsilium: Lemniadum flagitia: PANDIONIS, regis Athenárum, fuga: ATREI & THYESTIS odia: OEDIPI paricidium & incestus: ETEOCLIS & POLYNICIS, fratrum, duellum; & Argonautæ, commemorantur.

Babylon (cap. 3. lib. 2.) post annos M. CLX. & propemodum IV. quàm cōdita erat; à Medis, & ARBATO (qui & ARBACES) spoliata opibus & regno. Ipsa tamen posteà aliquamdiu mansit incolumis. (Par ferè annor. numerus, à Conditâ Româ, ad eius eversionem per Gothos, observari possit.)

C. 13. Atrocissimum inter Cretenseis & Athenienseis certamen fuit. Cretes victores, 3887. 1312.
560. Nobilium Atheniensium liberos, Minotauro, (ferôue homini, an feræ inhumanæ!) devorandos crudeliter addixérunt. (B. Aug. lib, 18. cap. 13.)

Iisdem diebus, Lapithæ, & Thessali, famosis nimiùm certavére conflictibus. Et Thessali quidem à Lapithis crediti & dicti, Centauri; eo quòd discurrentes in bello equites, velut unum corpus equorum & hominū præferre viderentur. (Diod. l. 4.)

C. 14. VESORES (al. Vexores) rex Ægypti, Meridiem & Septemtrionem, divisas toto 3967. 1232.
480. pænè cœlo ac pelago plagas, miscére bello; aut regno iungere studens, Scythis bellum primus indixit. Sed illi hunc territum refugere in regnum cogunt. Destitutum verò eius exercitum invadunt, ompemque belli adparatum capessunt. Et quò minus universam Ægyptum popularent; paludibus Nili sunt impediti.

Indè reversi perdomitam infinitis cædibus Asiam, vectigalem sibi fecére. Vbi per XV. annos sine pace immorati, Vxorum flagitatione revocantur. (Iustin. l. 2.)

C. 15. Eædemque uxores, paullo-post, ob novas & crebras maritorum in Cappadociā
& 16. Ponticam, & Asiam interiorem, expeditiones, exsilio ac viduitate permotæ; arma ipsæ sumsére, Amazones dictæ, (ab inustis infantium puellarum dexterioribus mamillis.) Atque adeò, Europam, atque Asiam, hoc est, plurimas fortissimasque Mūdi parteis pervagatæ, C. pænè annis, partim Veteres Vrbeis evertérunt; partim novas (Ephesum, Smyrnam, Myrinam aliasque) constituérunt.

C. 17. Raptus HELENÆ, Coniuratio Græcorum & Concursus Mille navium. Dein, 4182. 1182.
430. decennis obsidio, ac postremò famosum Troiæ exscidium, commemorantur.
C. 18. Paucis præterea annis intervenientibus, Æneæ è Troiâ profugi in Italiam adventus, (teste B. Aug. l. 18. c. 19.) Regnante ibi LATINO: apud Athenienseis, MNESTHEO: apud Sicyonios, POLYPHIDE: apud Assyrios TAVTANE, Apud Iudæos autem iudex erat LABDON (vulgò Abdon.)

Mortuo autem LATINO regnavit ÆNEAS 3. annis. quo tempore Sicyoniorum rex iam erat PELASGVS, & Hebræorum Iudex SAMSON.

Horum præterea temporum medio interiacente, exsilia naufragiaque Græcorum ab Expeditione Troianâ revertentium.

Peloponnesium, Laconum & Heraclidarū clades; CODRO, rege Atheniensium, pro patriâ moriente. quùm se hostibus interficiendum ignotus obiecisset; & suis victoriam morte voluntariâ, ex oraculo, peperisset. (B. August. ibidem.)

C. 19. Novissimus apud Assyrios regnavit SARDANAPALVS, vir muliere corruptior. ab 4383. 816.
64. ARBATO (qui aliis Arbaltus, & Arbaces) Medorum præfecto, victus.

Exin regnū Assyriorū in Medos cōcessit. Quo an. apud Latinos PROCAS, AMVLII & NVMITORIS Pater; avus autē RHEÆ SILVIÆ, quæ mater ROMVLI; regnare cæpit,

A quo initium Romanæ Historiæ; uti à Nino, Antiquæ.

Eodem pænè tempore Israelitarum regnum, finitâ Iudicum potestate (quorum postremus SAMVEL, HELI succidaneus) à SAVLE rege sumsit exordium.

Regnum

An. pôst Vrb. C. Regnum deinde, in Asiâ maiore, per varios eventus, ad Scythas, ad Chaldæos, (qui digressō in Medos ARBACE partem regni penes se retinuêre; & Babyloniam sibi vindicarunt) & rursùs ad Medos pauli viâ rediit. Ann. ab Orbe C. Ant Natal. Chr.

Medis dein PHRAORTES imperitavit. Et creberrimis Persarum Assyriorumque bellis, duos & viginti, regni sui annos, consumsit.

Post hunc DEIOCES (vulgò perperam Dioces) auctum latè imperium moriens ASTYAGI dedit.

Hunc CYRVS, ex filiâ MANDANE Nepos, apud Persas genitus, regno exuit; & Imperio Medorum finem imposuit.

Et Babylon eo tempore à CYRO rege subversa, aut subacta est; quo primùm Roma regio Tarquiniorum dominatu liberata. *Vt tunc Orientis occidisse imperium; & exortū esse Occidentis videatur.* Et Iudæorū apud Babylonios captivitas nônihil relaxata.

Ea tempestate PHALARIS Siculus Agrigentinos arrepta tyrannide populabatur. (Illum alij reijciunt ad ann. V. C. 109.)

C.21. Lacedæmonij, contrà Messeniós, propter spretas Virgines suas in solenni ipsorum sacrificio, per annos xx. indefesso furore bellantes, ruinæ suæ totas Græciæ vireis implicuêre. Et vix tandem eósdem sæpiùs rebellanteis domuêrunt. 4427. 772.

Dehinc porro per L. annos, incertâ semper victoriâ, inter eosdem, Lacedæmonios & Athenienseis, terrâ marique pugnatum est. Thebanis in societatem belli, modò ab his, modò ab illis, adscitis. (THEVCYD. de bello Peloponnes.)



Ex Libr. 2. Historiar. Orosian.

Ca. 4. Anno post excidium Troiæ, CDXIV. (al. CDXXXII. Suprà idem OROSIVS, cap. 17. adsignavit 430. annos, antè V. C. Raptui Helenæ, & cæteris. Vt decidantur x. anni obsidionis Troiæ, restarent 420.) 4447. 752.

1. Fêque sinem.

Olympiade VI. (quæ quinctò demum quoque anno, quattuor in medio expletis, circà Solstitium æstivum, mense Iunio, apud Elidem Græciæ civitatem, Agone & Ludis exerceri & celebrari solet.)

VRBS ROMA, in Italiâ, à ROMVLO & REMO, geminis, ceu auctoribus, condita est: Palilibus, sive a. d. XI. Kalend. Maj.

Omnes pænè volunt Olympiadis VI. anno quarto conditam esse. aut veriùs Olympiade VII. Sic tamen, ut nec annus primus Olympiadis septimæ; nec secundus, vocari debeat annus primus Vrbis Conditæ; sed annus primus Vrbis complectatur partem extremam anni primi, istius Olympiadis; & partem priorem anni secundi. & in cæteris simili modo. *Hinc illa diversitas Calculi VARRONIANI & CATONIANI.* quæ vulgò iactatur. Annus namque Romanus multò post initium sumsit, a. d. Kalend. Ianuar. quando novi creabantur Consules.

B. August. lib. 18. cap. 22. de Civit. Dei. Tempore, inquit, quo Roma condita est, rex erat in Iudâ, cuius nomen ACHAZ, Pater EZECHIÆ.

In eâ verò Hebraici populi parte, quæ appellabatur Israel, regnare cæperat OSEE (13. anno regni ACHAZI, & 1. OSEÆ. (Quem quidem OSEEN, octennio pôst, SALMAN-ASSAR, rex Assyriorū, expugnatâ Samariâ, cum x. Tribubus, captivū abduxit.

Romani per CCXL. & III. annos, Regum VII. *ROMVLI, NVMÆ POMPILII, TVLLI HOSTILII, ANCI MARCII, TARQVINII PRISCI, SERVII TVLLII, & TARQVINII SVPERBI*, dominationé pertulerunt. Vide tract. infrà in Appendice.

243. (1. mp. et.) Excusso iam iugo, & abiurato Regiæ potestatis nomine, BRVTVS primus apud Romanos Consul, collegâ L. TARQVINIO COLLATINO, factus est. Et LIBERTAS populo Romano adserta. 4690. 509.

C.6.7. Eodem ferè tempore (al. 213. anno Vrb. C.) CYRVS, Persarum rex, de quo sup. tunc Asiam, Scythiam, totumque Orientem armis pervagabatur; quo TARQVINIVS SVPERBVS, vel rex, vel hostis, Vrbem aut servitio premebat, aut bello.

Ille Babylone captâ, bello in Lydiam translato, CRÆSVM Lydorū regem cepit: & Lydiæ regno, quod 230. annis steterat, finem imposuit. Et Iudæis è captivitate in patriam redeundi copiam fecit. Dumque bellum Scythis infert, à TOMYRI reginâ, cum universis copijs, interfectus est.

Ca. 8. CAMBYSES, CYRI F. subactâ Ægypto, cunctam Ægyptiorum religionem abominatus, cærimonias eorum & templa deposuit.

Iudæi verò beneficio & comitate CYRI in patriam restituti, sub suis ducibus & Sacerdotibus agebant. Parvo tamen successu. vicinis pertinaciter opus Templi, & murorum Vrbis, impedientibus. (1. Esdr. 4.) Dux autem primus fuit ZOROBABEL; & summus Sacerdos IESVS, Iosedeci F.

An. post Vrb. C. | Ann. ab Or. & ante Nat. Ch.

Post CAMBYSEM, Magi duo, sub nomine, (Smerdis) quem occiderant, regis, re-
gno obrepere ausi; sed mox deprehensi & oppressi sunt. (Herod. & Iustin.)
246. PORSENNA, Etruscorum rex, Tarquinios exsules manu reducens, virtute Ro- 4692. 507.
manorum perculsus, neglectis Tarquinijs, pacem cum Romanis fecit.
Sub idem tempus, DARIVS, Hystaspides, unus ex ijs, qui Magorum audaciam
ferro coërcuerant; consensu omnium rex creatus, Assyrios, & Babyloniam à Persis
deficientem, bello recuperavit. Scythas, eorumque regem Acciru , , al. A ū)
bello frustrà, & cum clade suorum, lacessivit. Asiam, Macedoniamque adg us
perdomuit: Ionas navali prœlio superavit. Ab Atheniensibus, adversus quos DC. M.
suorum adduxerat, duce MILTIADE, qui X. armatorum civium Millia, & Platæen-
sium Mille auxiliarios, tantùm in procinctu habebat; in campis Marathonijs, me-
morabili prœlio victus, in Persas refugit.
253. Nono post exactos reges anno, primus Romæ Dictator creatus est T. LARTIVS, 4699. 500.
& Mag. Equit. SP. CASSIVS.
275. Idem DARIVS, quùm bellum instauraret, & ulcisci victores Græcos moli- 4722. 477.
Olymp. 72 retur; in ipso adparatu concidit.
Eo ferè tempore Romæ POPILIA Virgo Vestalis, ob crimen stupri, viva de-
fossa est, ex Senat. Consulto.
Ca. 9. ZERXES, DARIO Patri in regnum succedens, bellum adversùs Græciā à Patre
10. 11. susceptum per quinquennium instruxit: ut DCC. M. armatorū de regno, & CCC. M.
de auxilijs: Rostratas etiam naveis Mill. CC. Onerariarum autem III. Mill. nume-
ro, habuisse narretur.
Huic incredibili multitudini primùm LEONIDES, rex Spartanorum, cum IV.
Millib. hominum, in angustijs Thermopylarum, per quatriduū obstitit. Victor pro-
culdubio futurus, nisi cum suis (Sexcentis) Spartanis, gloriosè mori elegisset.
Deinde, quùm iam bis in terrà victus rex esset, prœlio navali, à Græcis, duce A-
theniensium THEMISTOCLE, maiore strage profligatur.
Postremò, quùm iam ipse in regnum sese recepisset; & ad Abydum, mare Hel-
lespontum, ob pontem interruptum, piscatoriâ scapha, clanculum, & nullo comite
traiecisset; eodem dictum MARDONIVS, cui reliqua belli, cum CCC. armatorum
M. rex commiserat, in Bœotiâ, sive ad Plateas, post bis incensas Athenas, egregiè à
Græcis vincitur, & occidione cum reliquis suis occiditur. Tum Persarum alia ma-
nus, in Asiâ, sub monte Mycale, navali congressu superatur.
C. 12. Romæ, suspenso ibidem ad modicum bello, gravis pestilentia per universam
290. Vrbem vehementer incanduit. qua ÆBVTIVS & SERVILIVS ambo Consules, 4736. 463.
præter infinitos alios, absumti.
Hunc annum esse quidam volunt, secundum DARII (qui & Artaxerxes Lon-
gimanus, (de quo Esdr. 1. c. 4. Item AGGÆI & ZACHARIÆ c. 1.) post quem,
consequantur deinde LXX. hebdomadæ, de quibus Daniel. 9. cap. hoc est; simul
490. anni. Quibus expletis CHRISTVS occidendus, & Hostia veteris Legis de-
tectura esset.
290. Romæ Cives exsules, servique fugitivi, duce HERDONIO, viro Sabino, inva- 4737. 462.
serunt, incenderuntque (al. inscenderunt) Capitolium. Vbi VALERIVS Cos. indi-
gnam de servis victoriam suâ morte fœdavit.
291. MINVCIVM Consulem, congressum prœlio, Æqui Volscique superárant; & 4738. 461.
fugientem in Algido fame ferroque auxerant. Quùm QVINCTIVS CINCINNA-
TVS, ab aratro arcessitus, Dictator, artam obsidionem, oppresso hoste, solvit: &
victor iugum boum Æquis imposuit: victoriamque, quasi stivam tenens, subiu-
C. 13. garos hostis præ se primus egit.
299. Legati à Romanis ad Athenienses, qui SOLONIS leges ad se deferrent, mis- 4746. 453.
si. Et arma Romana, fames pestilentiaque compescuit.
300. Potestas Consulum Decemviris tradita, constituendarum Legum Atticarum, 4747. 452.
(sive è Græcia advectarum) gratiâ, magnam reip. perniciem invexit. quod
ablegatà religione Consulum, emicuerit agmen tyrannorum. Idque
Olympiade, inquit, 95. (al. 85.) & fortè 82. ex Eusebio, quem Orosius eâ
in re ferè auctorem sequitur.) Olympiade verò 103. & 105. per totum ferè an-
num crebri & graves in Italiâ terræ-motus. Deinde iugis & torrida siccitas;
ut præsentis tunc futurique anni spem gignendis terræ fructibus abnegárit. Fi-
327. denates ab ÆMILIO III. Dictatore, captâ urbe, domiti tandem anno 4774. 425.
Vrb. Cond. CCCXXVII. (Liv. lib. 4.)
C. 14. Quùm Rhegini apud Siciliam discordiâ laborarent, & in duas parteis civi-
335. tas per dissensionem divisa esset; pars una veteranos ab Himerâ, urbe Siciliæ, in 4782. 417.
auxilium vocavit. Qui mox civibus sine discrimine cæsis, Vrbem cum coniu-
gibus & liberis sociorum, occupavérunt,

Catanenses

An. post Urb. C. | Ann. ab Orb. C. | & antè Nat. Ch.

Catanenses quoq; quùm Syracusanos graveis infestosq; paterentur; ab Atheniensibus auxilia poposcerunt. Et Syracusani tandem auxilium à Lacedæmonijs petiit.

Hinc grave diuturnumque inter Lacedæmonios & Athenienseis in Siciliâ bellum. Quo satis adverso per biennium conflictati Athenienses, alijs domi malis circumveniuntur. Totâ pæné Græciâ, atque adeo DARIO etiam, Persarum rege conspirante, quasi ad commune incendium restinguendum, bono publico congestis viribus consuleretur.

Alternante diu multumque, inter duos Græciæ Principes populos, terrâ marique, victorias & clades fortunâ; expugnatæ sunt à Lacedæmonijs, socijsque, Athenæ; & rectores Triginta civitati impositi.

Qui quidem annus etiam morte DARII, Persarum regis, & exsilio DIONYSII Siciliæ Tyranni, fuit insignis.

Triginta autem rectorum Athenis regimine in tyrannidem converso, THRASYBULUS cum exiguis exsulum civium copijs, Tyrannos vincit: & patriam cum libertate recuperat. Et plebiscitum interponit; *Nequa præteritarum rerum mentio fieret*. Quod pactionis genus, quasi novam vitæ institutionem, novamque felicitatem status sui informantes, *Αμνηστίαν* vocavérunt. i. oblivionem, abolitionemque malorum, sive præteritarum iniuriarum.

Vix intercedente biennio, post *ἀμνηστίαν*, SOCRATES ille clarissimus Philosophorum, adactus malis, veneno sibi vitam extorsit.

C. 18. Ijsdem ferè diebus, bellum civile, vix parricidio terminatum, apud Persas gerebatur, inter ARTAXERXEM & CYRUM, DARII FF. de regno ambigenteis.

CYRUS, qui priùs fratrem in prœlio vulnerárat, & fugere compulerat; mòx à cohorte regia oppressus, certamini finem dedit.

Nobilis tum Græcorum militum, duce XENOPHONTE, è Perside, in Europam reditus.

His deinde temporibus, gravissimo terræ-motu concussa Sicilia. Insuper exæstuantibus Ætnæ montis ignibus, favillisque calidis, cum maximo agrorum villarumque detrimento, vastata. (Quem quidem Terræ-motum accidisse anno 3. Olympiad. XXCVIII. Anno 5. belli Peloponnes. commemorat DIOD. l. 12.)

Tunc etiam Atalante, civitas Locris adhærens, repentino maris impetu abscissa, atque in Insulam desolata est.

C. 19. Obsidio Veiorum, x. continentibus annis magis Romanos obsidenteis, quàm
355. obsessos, detrivit. Urbs tandem cuniculis capta.

Sub idem tempus Galli Senones, duce BRENNO, Clusium in Tusciâ obsident. Et indignatione permoti, quod Legatos Romanorum (qui tunc componendæ inter eos pacis gratiâ venerant) in acie violenter adversùm se pugnanteis; omissâ Clusij obsidione, totis viribus Romam contendunt. FABIUM Cos. cum exercitu sibi obvium ad Aliam profligant. Patentem Urbem penetrant: Senatores trucidant, & Urbem incendunt. Arcem Capitolini montis (in quam iuventus, vix Mille hominum, se receperat; obsident, & fame alijsque incommodis urgent. Et tandem Mille auri libris discessionis pretium pacti sunt. Hos tamen CAMILLUS, tunc exsul, egregiè vicit, & ultus est. *Quo anno hæc gesta sint, patet ex 1. cap. lib. sequentis.* 4802. 397.

EX LIB. III.

Ca. 1. Hunc annum, sicut gravissimũ, propter ignotã sibi captivitatem, Roma persensit;
364. ita magnificum, propter insolitam pacem, Græcia habuit. (Plin. c. 1. l. 34.) 4811. 388.

Quo siquidem tempore Galli Romam captam incensamque tenuérunt ac vendidérunt; ARTAXERXES, rex Persarum, discedere ab armis, & quiescere in pace universam Græciam, per Legatos, præcepit.

Postquam Spartani, qui Atheniensium iam potiti, universam non modò Græciam, sed Asiam etiam spe dominationis hauserant; & toti Orienti, duce AGESILAO, bellum moverant; varijs cladibus, inter varia victoriarum tropæa, tum à CONONE Atheniensi, Persicæ classis ductore; tum ab EPAMINONDA, Thebanorum duce, inter alios, (ipsâ Spartâ tantum-non in extremum discrimen, nec semel insultantibus de propinquo hostibus, adductâ) exhausti & confecti; non illubentes paci acquievissent. (Polyb. lib. 1. circà Olymp. 96.) Et ARTAXERXES ne, ne se in Ægypto bello occupato, aliqua in regnum suum tentaretur irruptio, haud temerè metueret.

Lacedæmonij nihilo minus, dum cæteri domestico otio torpescunt, inquieti, bello furtivo Arcadas lacessunt; & Cromnum intercipiunt. Hi contrà, Theba-

 norum

An post Vrb. C. norum auxilio, amissa bello repetunt. EPAMINONDAS Spartam tantum non in- Ab Orb. Cond. Ant. Na tal. Chr.
tercepit. Centum vix senibus repulsus. Prœlium ad Mantineam committitur.
ubi Thebani Lacedæmonios vincunt; sed amisso duce EPAMINONDA, qui è vul-
nere decessit.

Ca. 3. Sævissimo terræ motu Achaia universa concussa est, quo tempore duæ civi-
376. tates, Bura & Helice abruptis locorum hiatibus devoratæ. (Strab. lib. 8. biennio 4823. 376.
(Olymp 100 Eusebi. 102 Strabon... hic annus ex alter sup putatione 380 ab V.C.) antè pugnam Leuctricam.)

Interea Romani, qui per LXX. ann. à civitate Volscorum, præterea Falisco-
rum, Æquorum & Sutrinorum, assiduis bellis fuerant attriti; tandem his pænè tem-
poribus, CAMILLO duce, casdem cepere civitates; & redivivo finem fecere cer-
tamini. Nec multo post Prænestinos, ad flumen Aliam, T. QVINCTIO pugnan-
te, vicerunt.

L. GENVCIO & Q. SERVILIO Coss. ingens universam Romam pestilentia in-
Ca. 4. vasit. (Liv. initio lib. 7.) Cui sedandæ auctores fuere Pontifices, ut Ludi scenici 4831. 368.
384. Dijs scilicet expetentibus ederentur. hoc est (ut interpretatur Oros. & Lectorem
ad disputationem super ea B. AVGVSTINI contrà Ludos istos, l. 3. c. 17. De Civ.
Dei, remittit) pro depellendâ temporali peste corporum, perpetuus animorum
morbus arcesseretur.

Ca. 5. Anno consequente, dum ijsdem Coss. medio urbis, terra dissiluisset; & diu ad
spectaculum terroremque cunctorum patenti voragine impudens specus maneret;
nefariamque vivi hominis sepulturam, Dijs interpretibus, expeteret; M. CVR-
TIVS, vir eques armatus, sui præcipitio, improbis faucibus satisfecit. (Liv.
lib. 7. B. Aug. lib. 4. cap. 20.)

Ca. 6. Iterùm terribilis Gallorum inundatio, iuxtà Anienem fluv. ad IV. ab Vrbe la- 4835. 364.
388. pidem, consedit. Vbi MANLIVS TORQVATVS (à torque hosti detracto dictus)
(Fasti Consular. hunc ann numerant 392 Quod desuper observa) pugnam singulariter inchoavit. (Agell. lib. 9. c. 13.) Et T. QVINCTIVS DICTATOR
cruentissimo congressu prœlium confecit. Fugati ex eo prœlio Galli, dum instau-
ratis iterùm copijs in bellum ruunt, à C. SVLPITIO PORTICO, Dictatore, superati
sunt. Tusci quoque paullo-post à C. MARCIO debellati, octo Millibus captis.

Tertium autem prœlium adversùs Gallos, in prædam, per maxima loca ab Al-
banis montibus, diffusos, M. VALERIVS, auxiliante Corvo alite (unde Corvini no-
men) confecit; occiso provocatore Gallo, & hostibus in fugam dilapsis.

Ca. 7. Legati à Carthagine Romā missi sunt, fedulq; pepigérunt (amicitiā ac societatē 4849. 350.
402. petentes.) Ex quo orta gravissimorū bellorum semina & mala in annos plurimos.
(Fast. Capitol. an. est 405. Coss. M. Valerio Corvo & M. Popillio Lænate) Hisce etiam diebus ALEXANDER Magn. natus est. Magnus ille miseriarum gur-
ges, & atrocissimus totius Orientis turbo. (Al. Vrb. C. 397.)

Tunc etiam OCHVS, qui & ARTAXERXES, (ESTHERÆ, ut nos
quidem opinamur, maritus) peracto in Ægypto bello, plurimos Iudæorum,
Apodasmo captâ, in transmigrationem egit, atque in Hyrcaniam ad Mare
Caspium collocavit. undè aliquando erupturos opinio est. Sidonem delevit, &
Ægyptum sub Persarum redegit imperium, (cap. 10. ESTHER. & Diod. lib. 16)
Illi ARSES F. successit: & huic post triennium DARIVS ultimus.

Romani bellum Latinis rebellantibus intulérunt, MANLIO TORQVATO &
Ca. 9. DECIO MVRE Coss. Quo quidem bello TORQVATVS filium suum, licet victo- 4856. 343.
409. rem, quòd iniussu Coss. Patris pugnâsset, interemit. DECIVS autem pro exerci-
(in anteq. Fast. 413.) tu se ipse devovit, & in acie cecidit.

Anno consequente (LIVIO, est, tertius pòst dictos Coss.) MINVCIA Virgo
Vestalis, ob admissum incestum, damnata est; vivaque obruta in Campo, qui
Sceleratis dictus est.

Parvo exin tempore interiecto, CLAVDIO MARCELLO & C. VALE-
C. 10. RIO FLACCO Coss. (Liv. anno 422.) de veneficijs matronarum, Romæ
quæsitum, ancillâ indice & convincente: & 370. ex illis capitali supplicio
damnatæ. Liv. lib. 8.)

ALEXANDER, rex Epirotarum, Magni ALEXANDRI avunculus, traiectis in
C. 11. Italiam copijs, quùm bellum adversus Romanos pararet; à Samnitibus, Lu- 4869. 330.
422. canæ genti amicis, maximo prœlio in Lucanis victus atque occisus est.

Occasione huius ALEXANDRI, cuius sororem OLYMPIADEM PHILIPPVS Ma-
cedo uxorem habebat; de eodem PHILIPPO, annis retro repetitis, ea, quæ sub-
ijcimus, ab OROSIO commemorantur.

PHILIPPVS Amyntæ F. ALEXANDRI Magn. Pater, regnum Macedonum ad-
C. 12. eptus XX. annis tenuit. Primum bellum cùm Atheniensibus gessit. Quibus victis
13. 14. arma ad Illyrios transtulit. Indè Thessaliam, quo sibi equitatum Thessalicum 4847. 352.
400. adsciscerct, invasit. Arubam, (al. Arymbam) patruum OLYMPIADIS uxoris, regem
Molossorum, regno privatum in exsilium egit. Exin Græciam totam propè, consi-
lijs præ-

An. post Urb. C. lijs præventam, viribus domuit. Dum namq; Græciæ civitates imperare singulæ cupiunt, imperiū omnes perdiderūt; PHILIPPO insanas earū cōcertationes, veluti è speculâ, observante: &, uti callidum doli artificem decebat, bellorum fomites alente. Ann. ab Orb. C. & ante Nat. Ch.

Vocatus ille à Thebanis, sive Bœotis, & Thessalis, belli dux, adversùs Phocenseis, Lacedæmoniorum Atheniensiumque auxilijs fultos; & iam commisso prœlio victor; per Athenienseis, qui angustias Thermopylarum insederant, ab ingressu Græciæ exclusus; paratum in hosteis bellum, vertit in socios: eorumq; civitates crudeliter diripuit. Dehinc Cappadociā imperio Macedoniæ subdidit (quod nemo, præter Orosium, prodidit.) Olynthum, florentissimam in Chalcide urbem (in quā fratres duo consanguinei confugerant) vastavit, & fratres neci dedit.

Fratres duos Thraciæ reges, de regni terminis ambigenteis, ipse iudex & arbiter delectus, vitâ regnoque privavit. Et dum Phocensibus pacem veniamque daturum sacramento confirmat; Thessalis autem & Bœotis adfuturum se mòx cum exercitu respondet: atque ita bellum ab utrisque parari vetat: ipse instructis copijs angusta Thermopylarum occupat & munit. Vt tunc primùm se non Phocenses soli, sed omnis Græcia captam esse persenserit. Et crudelis passim victor gloriosissimum illud quondam florentis Græciæ corpus, in multas laceratasque particulas, exstinctâ primùm libertate, concidenit. Nam pòst tentatum obsidione Byzantium; post captas Cherronesi civitates; post bellum Scythis illatum; arma Atheniensibus intulit, & ad Chæronéam vicit: & cruentissimam victoriam in Thebanos & Lacedæmonios exercuit. Cuius adparatissimam in Persas expeditionem mors inopina distulit, & Alexandro filio reservavit.

C. 15. Caudinas Furculas satis celebreis & famosas insignis Romanorum fecit infamia. 4873. 326.
426. Samnites namque, duce PONTIO, HERENNII F. victoriâ potiti, universum exer-
(Capit. Fast. 612.) citum Roman. angustijs locorum armisque clausum; sub iugum missum, servitioq; subiectum, longū agere pompæ ordinem præcepérūt. & DC. equitibus Romanis in obsidatum receptis, ignominiosè Coss. VETVRIVM & POSTVMIVM remisérunt.

Anno consequente, Infringunt Romani pactionem, cum Samnitibus firmatam; & bello ferociter vincunt, Coss. PAPYRIO.

C. 16. Eodem anno (al. 417.) PHILIPPO Macedoni succedit in regnum ALEXANDER
17. F. Et compressis celeriter Græcorum motibus, & Atheniensibus bellum ultrò deprecantibus: dirutâ Thebanorum civitate: Achæis & Thessalis iam vectigalibus: Illyrijs & Thracibus domitis; in Persicum bellum profectus est. Ibi primum illi cum rege DARIO prœlium, ad Granicum flum. fuit, in campis Adrastijs. (Iustin. l. 11.)

Post primi prœlij eventum, Tyrum, urbem maritimam, maximo cum labore expugnavit. Gazam bimestri obsessam diripuit. IADDVS, Iudæorum Pontifex, cum sacerdotum choro, & Principibus populi, supplices eum Hierosolymis excipiunt; & viso divinitùs obiecto placant. (Ioseph. l. 11. Antiq.)

Ipse ab Ammone reversus, Alexandriam in Ægypto condidit.

Alterum prœlium cum DARIO fuit in Ciliciâ, ad Issicum Sinum. Tertium ad Arbela, urbem in Gangamelis, ad flum. Bumadum.

Quo quidem prœlio Asiæ imperium rapuit: & Persicæ Monarchiæ, quæ ann. circiter 230. steterat, finem imposuit.

C. 18. Tunc etiam bellum AGYDIS, Spartanorum regis, in Græciâ: ALEXANDRI, regis
19. 20. Epiri, in Lucaniâ: ZOPYRIONIS præfecti, in Scythiâ, gerebatur.

Ex quibus AGIS, Græciâ secum rebellante, cum ANTIPATRO congressus, procubuit. ALEXANDER, Occidentis in Italia adfectans imperium, à Bruttijs Lucanisq; superatus est. ZOPYRION verò, præfectus Ponti, Scythis bellum inferre ausus, ad internecionem cum omnibus copijs cæsus est.

ALEXANDER autem Macedo intereà, subactâ & percursâ universa pænè Asiâ, Indiam petit; ut Oceano ultimoque Oriente finiret imperium. Cum PORO, fortissimo Indorum rege, cruentissimum bellum gessit.

Pòst, quasi circumactâ metâ, de Oceano Indum flum. ingressus, Babylonem celeriter redijt: ubi eum totius orbis provinciarum legati opperiebantur. Ipse verò ministri insidijs venenum hausit & interijt: anno ætat. 32. (al. 33.)

1. MACHAB. cap. 1. *Decidit in lectum, & vocavit pueros suos nobiles: & divisit illis regnum suum, quùm adhuc viveret.*

Et CVRT. lib. 11. Testatur ab exteris quibusdam scriptoribus similiter traditum; ab ALEXANDRO scilicet provincias testamento fuisse distributas. quam tamen opinionem ille reijcit. Probabile est testamentum malevolè fuisse suppressum ab ijs, qui vel præteriti essent, vel maiora legatis ambirent.

C. 21. FABIO MAXIMO, V. & DECIO MVRE IV. Consulibus, Quattuor fortissimi flo- 4897. 302.
450. rentissimique Italiæ populi, Etrusci, Vmbri, Samnites & Galli, in unum agmen fe-
(Fast. 91.) dusque, Romanis delendis, coiérunt. Vmbri & Etrusci, hoste agros patrios popu-

lante, ad

An pòst Vrb. C. lante, ad ſua tuenda revocati. FABIVS, Samnites & Gallos (in agro Sentinate) Ab Orb. Cond. Ant Na. cal. Chr.
DECIO, qui ſe devoverat, occiſo, & magnâ Decianæ partis ſtrage, vicit. Quam qui-
dem cruentam triſtemque victoriam peſtilentia civitatis oneravit; & triumphaleis
pompas obviæ mortuorum exſequiæ polluérunt.

C. 22. Anno inſequente, Inſtaurato à Samnitibus bello, Romani victi in caſtra fugérũt.
Sed illos iterùm PAPIRIVS Coſ. cæſis XII. Mil. & III. captis, felici prœlio repreſſit.
Dum eâ tempeſtate intolerabilis peſtilentia Vrbem corripuiſſet; Libri Sibyllini
ſunt conſulti. Et Coluber Epidaurius, cum ipſo ÆSCVLAPII lapide, Romam eſt
advectus. (Ovid. Metamorph. lib. 15.)
Proximo anno FABIVS GVRGES Coſ. malè adversùs Samnites pugnavit. De-
inde iterum Patris, FABII Maximi, auſpicijs, prœlio conſerto, non modò ingenti
clade victi ſunt Samnites; ſed PONTIVS quoque ipſorum rex captus; & bello Samni-
tico, quod per ann. XLIX. multâ Romanorum clade, trahebatur finis impoſitus.

463. Deinde, cum Sabinis, CVRIO Conſule, bellum glorioſè geſtum. 4910. 289.
DOLABELLA & DOMITIO Coſſ. Lucani, Bruttij, Samnites quoque, cũ Etruſcis
& Senonibus Gallis, factâ ſocietate, quùm redivivum contrà Roman. bellum moli-
rentur; CÆCILIVS Præt. partim ob ulciſcendam legatorum necem, quos Galli in-
terfecerant; partim ad comprimendum hoſtium tumultum, cum exercitu miſſus,
& ab Etruſcis Galliſque oppreſſus; cum VII. Trib. militum, multiſque nobilibus, &
XIII. Romanor. militum Millib. interijt. Gallorum tamen reliquias P. DOLABELLA
delevit ad Lacum Vadimonis.

C. 23. Mortuo, uti dictum eſt, ALEXANDRO, Macedonũ duces diverſas ſortiti ſunt pro-
vincias. Atque, inter cæteros, PTOLEMÆO, LAGI F. Ægyptus, & Africæ Arabiæq;
pars, provénit. Vndè Ægyptij reges, uſq; ad Auletẽ, quẽ GABINIVS reſtituit; eiuſq;
filium, Cleopatræ fratrem, quem I. CÆSAR interfecit, PTOLEMÆI nomẽ tulérunt.
Phrygia maior, ANTIGONO, PHILIPPI cuiuſdam Filio, adſignata eſt. Thracia &
regiones Pontici maris, LYSIMACHO; aliaque alijs.
Bella dein conſecuta inter eos, qui ex præfectis reges evasérunt, ex uno Alexan-
dri regno exorti.
Reges Macedoniæ, PHILIPPVS, qui & Aridæus, frater ALEXANDRI: indè CAS-
SANDER, cæterique, ad PERSEVM uſque, quem L. PAVLLVS ÆMYLIVS vicit.
LYSIMACHVS in Thraciâ, & alij uſque ad Mithridatem: quem POMPEIVS Magn.
domuit. Deinde Syriæ & Aſiæ reges, quorum primus Seleucus Nicanor.
Atque hæc ſunt, Quattuor illa Cornua, hoc eſt, regna, quæ DANIELIS octavo c. ex
regno ALEXANDRI, Vnico & ingenti Cornu, dicuntur exoritura. quo uſq; regnum
ferreum (de quo c. 2. apud eũdem DANIEL.) ſive, regnũ Roman. domabit omnia.
Atque immò Lapis abſciſſus de monte ſine manibus, hoc eſt, CHRISTVS de Vir-
gine natus, ſuaviter ſub iugo Euangelij conteret univerſa.

EX LIB. IV.

Ca. 1. Tarentinis, quòd claſſem Romanam tum fortè prætemavigantem, ſive adremi- 4911. 288.
464. gantem, è ſpectaculo Theatri ſui proſpectam, hoſtiliter invaſiſſent, hoſtem rati,
(Agell. 470 al. 470. vel 471.) ſubitò emicuiſſent, (Flor. c. 8. l. 1.) Et deinde Legatos Româ miſſos; qui de illatis
quererentur iniurijs, pulsáſſent, & ignominioſè habuiſſent; bellũ indictum. Et corũ
agri, duce ÆMYLIO BARBVLA Coſ. igni ferroq; vaſtãtur: opida nõ pauca expugnãtur.
PYRRHVS, rex Epiri, præter alios, cognatã Græciæ civitatem (à Lacedæmonijs
olim conditam) vindicaturus, totas Epiri ſuæ, Theſſaliæ & Macedoniæ vireis; &
elephantos, uſque ad id tempus Romanis inviſos, in Italiã importat. LÆVINVM Coſ.
pugnâ ad Heracléam, Campaniæ urbem, conſertâ, poſt graviſſimum totius diei
certamen, immiſsis elephantis vicit; non incruentâ tamen victoriâ.
Secunda pugna, apud Aſculum, in Apuliæ finibus, fuit. (Coſſ. P. SVLPITIO
PORTICO & P. DECIO MVRE) ubi clades belli ad utroſque; ſed maximè ad PYR-
RHVM; victoria ad Romanos conceſsit) PYRRHVS bello fractus, AGATHOCLE Syra-
cuſanorum rege mortuo, ad Siciliæ acceſsitus imperium, Syracuſas ſe recepit.

Ca. 2. FABIO GVRGITE iterùm, & C. GENVCIO CLEPSINA Coſſ. peſtilentia gravis
(Poſt eſt ann. 477) Vrbem ac fineis eius invaſit. (B. Aug. c. 17. lib. 3. Civit. Dei.) Quæ cum omneis,
tum præcipuè mulieres pecudeſque corripuit.

469. Intereà reverſum ex Siciliâ PYRRHVM, CVRIVS DENTATVS Coſ. excepit. Et 4916. 283.
tertium adversùs Epirotas bellum, in Aruſinis campis Lucaniæ, feliciter geſsit. Et
PYRRHVS V. demùm anno, quàm venerat, ab Italiâ victus aufugit. (Plut. ſex an-
nos ibi bellis conſumſiſſe tradit.)
Idem PYRRHVS poſt multa & gravia bella à reditu in Græciâ geſta, apud Argos
(quam urbem, Spartani regni aviditate ſeductus, obſidebat) tegulâ ictus occubuit.
Tunc apud Romanos SEXTILIA Virgo Veſtalis, convicta damnataque inceſti,
ad Portam Collinam viva defoſſa eſt.

Tarentini,

An. post Vrb. C. Ann. ab Orb. C. Ant. Natal. Chr.

Ca. 3. Tarentini, compertâ Pyrrhi morte, nova iterùm adversùs Roman. arma sollicitant, petitis, per legatos, Atheniensium auxilijs, & acceptis. Coss. de Tarentinis, Samnitibus, Lucanis & Bruttijs triumphárunt.

475. (al. 481. Papyrio Cursore, & Sp. Carvilio Maximo Coss.) Anno insequente, Octavæ legionis Romani milites, (qui, annis ante IX. novum scelus ausi, Rheginos, quibus subsidio præerant, interfecissent; & prædam omnem opidumque sibi vindicâssent) obsessâ & expugnatâ à GENVCIO Coss. urbe, Romam transmissi, iussu populi, medio in foro, virgis cæsi, securique percussi sunt. 4922. 277.

Anno proximo, obscena & dira prodigia, vel visa Romæ, vel nuntiata sunt.

Ca. 4. Ædes SALVTIS ictu fulminis dissoluta.

(al. 482.) 478. (al. 485.) SEMPRONIVS Cos. ducto in Picenteis exercitu, quùm directa, intrà iactum teli, utraque acies constitisset; repentè cum horrendo fragore terra ita tremuit, ut præ stupore miraculi agmina hebescerent. Romani pauci admodum eo prœlio qui evasére, vicérunt. 4925. 274.

Ca. 5. Inter multa prodigia, sanguis è terra, & lac visum est manare de cœlo.

480. Eo tempore Carthaginienses, dato adversùs Roman. auxilio Tarentinis, quùm à Senatu per legatos arguerentur; turpissimam rupti federis labem præsumto accumulavére periurio. 4927. 272.

Vulsinienses (al. Vulsini) Etruscorum opulentissimi, quùm opem implorarent à Romanis, adversùs servos quondam suos, qui libertatem à Dominis datam in ipsos erexerant; translataque in se rep. dominabantur, & extorres dominos procul abegerant; per Romanorum severitatem, duce FABIO GVRGITE, vindicati sunt & restituti.

Anno consequente, pestilentia ingens apud Roman. conflagravit, & ultrà biennium vastando porrecta est.

Ca. 6. Eodem tempore CAPARONIA, Virgo Vestalis, incesti rea, suspendio perijt.

Occasione bellorum Punicorum, quæ in multas ætates consecuta sunt; agit Oros. de Carthaginiensium origine, variáq; fortunâ, quâ antè bellum usi sunt.

CÆTERVM, QVONIAM CARTHAGINIENSES TYRVM, ORIGINIS SVÆ PARENTEM, semper agnovérunt; antè visum est dare sub unum adspectum, Regum Tyriorum cum priorum, tum posteriorum seriem, ex Menandro, vetere historico, apud Ioseph.

Et priores quidem hi memorantur		Hi verò posteriores.
Abibalus.	Aserymus F.	Ithobalus.
Iromus, F.	Pheles F.	Baal.
Beleazarus, F.	Ithobalus,	Ecnibalus.
Abdastarthus, F.	Astartæ, sacerd.	Chelbes,
(qui à IV. nutricis suæ filijs cæsus)	Badezorus, F.	Abbarus Pontif.
Ex quibus I.	Margenus, F.	Margonus.
Astarrus, Delæastri F.	Pygmalion, frater Didonis.	Gerarstarrus.
		Balatorus.
		Merbalus.
		Iromus.

Carthaginienses, Tyriorum coloni, quorum urbs antè Romam II. & LXX. annis, ab ELISA, quæ & DIDO, PYGMALIONIS soror, condita invenitur; quùm in Sicilia diu infeliciter dimicâssent: translato in Sardiniam bello, iterùm infeliciùs victi sunt. MAZÆVS, dux eorum, quos ipsi propter acceptam cladem exsulare iusserant, patriam obsidione cinctam capit, eique cruentè dominatur. sed mox occisus. *Hæc temporibus Cyri Persarum regis.*

Post hæc, IMILCO, rex Carthaginiensium, quùm in Siciliâ bellum gereret, repentè horribili peste exercitum amisit: & reversus in patriam, tanto malo attonitam, gladio dolorem vitamque amisit. *Hæc sub Dario.*

Post hæc,

An. ante Xti. C. Post hæc, HANNO quidam privatis opibus, reip. viris supe ans, ... dominationis haurit cupiditatem; & vari... artibus Senatores, incæptis suis adv... rios, cædi destinat: finitimosque Afros, & Maurorum regem, in pa... iam ...; dirissimo supplicio audaciæ pœnas luit. *Hæc temporibus PHILIPPI Macedonis.*

Deinde, quùm Tyrum urbem, auctorem originis suæ, ab ALEXANDRO Magn. captam eversamque didicissent; & timerent transitum eius in Africam futurum, eaque propter AMILCAREM R... DANVM, ad perscrutandos ALEXANDRI actus dire... sent; mortuo ALEXANDRO, eumdem, cuius solertiâ omnia ALEXANDRI consi... per codicillos, sive tabellas inscriptas & cerâ oblitas, Senatui fuerant enuntiata; non ingrato tantum animo, verum etiam crudeli invidiâ necaverunt.

Deinceps, quùm assiduâ, nec umquàm satis prospera, adversùs Siculos bella gererent; & Syracusas obsidione cinxissent; per AGATHOCLEM, Siciliæ regem, m... circumventi ingenio, translato scilicet in Africam bello, ad extrema usque desperatio... nis adducti sunt.

Deinde, quùm post mortem AGATHOCLIS, Siciliam instructâ classe vastarent; à PYRRHO (quâ de re sup.) ex Italia arcessito, terrestri navalique certamine sæpe superati, novissimè ad Romana bella converti sunt. *Hinc tria bella Punica.*

Ca. 7. APPIO CLAVDIO, QVINCTO FABIO Coss. Mamertinis (quorum Messana,
483. nobilis Siciliæ civitas, erat auxilio, contra HIERONEM, Syracusanum regem; & 4930. 269.
(*Fast.* ... Pœnorum copias, HIERONI iunctas, Ap. CLAVDIVM unum ex Coss. cùm exercitu
& ... misêre Romani. Vincente celeriter Col. rex HIERON pacem supplex rogavit, & ob-
Fulvium Flaccum dant collegam Appio.) tinuit: feliciter eâ totam ætatem usus.

Consules (anno tertio huius belli, L. POSTVMIVS MEGILLVS, & Q. MAMILIVS VITVLVS. Agrigentum, Siciliæ civitatem, ibique præsidia Pœnorum ... dux, senior Annibal erat; ad summam egestatem redegêre. Neque Hanno ... Carthagin. Imperator, cum novis copijs ex improviso intercedens, prohibe... tuit, quò minus & Pœni maximo bello profligarentur; & urbe captâ ... ctâ cum paucis eruptione, Annibal diffugerat) Agrigentini omnes sub corona venderentur.

485. Cn. CORNELIO ASINA, C. DVILLIO Coss. anno huius belli quinto, quùm An- 4932. 267.
(*Fast.* ... nibal senior oram Italiæ maritimam instructâ classe vastaret; Romani classe ... bri-
491.) cati sunt quam celerrimè. Et ex duobus Coss. ASINA quidem ad Liparam Insulam ab Annibale, quasi ad colloquium pacis evocatus, capitur, & in vinculis ... DVILLIVS verò eumdem Annibalem, commisso navali prœlio, omnibus pænè navibus, magnâ cum hominum strage, exuit. (VALERIVS tamen eum sexennio post de Pœnis triumphâsse tradidit. Idque fort. ex annis Fastorum.

Anno insequente, C. AQVILIO FLORO, & L. CORNELIO SCIPIONE Coss. Pœni Hannonem, in locum Annibalis subrogatum, pro Sardis & Corsis defensi... navali imperio præfecerunt, qui à SCIPIONE Coss. victus, a ... ipso exercitu, ... confertissimis hostibus se immiscuit, ibique interfectus est. (VALER. lib. 5. c. 1. addit, pro opido Olbiâ pugnantem cecidisse.)

Eodem anno III. Mill. ... vorum, & IV. M. l. nav... ium ..., in ... Romæ exitium coniurarunt. Sed proditio detecta est.

Ca. 8. Anno proximo, Calatinus Cos. Camarinam, Siciliæ urbem, petens, temerè in angustias deduxit exercitum, quas Pœni iam dudum insidijs præstruxerant. Sed eum CALPVRNII FLAMMÆ Centurionis virtute & opera (... cum ... militibus colle occupato Pœnos pugnando in se converterat) servum traduxit.

ANNIBAL senior iterum classi præpositus, & infeliciter cum Romanis navali prœlio congressus, & victus, in Sardiniâ, POLYB.) à militibus suis saxis obrutus est, (al. in crucem sublatus.) ATTILIVS, Regulus, cum CN. CORNELIO BLASIONE Coss. Liparam Melitamque, Insulas Siculi maris, pervagatus evertit.

488. Anno insequenti, Consules, C. ATTILIVS REGVLVS (fort. Q. CAEDITIO suffe- 4935. 264.
(*An. 8. belli.*) ctus) & L. MANLIVS VVLSO, in Africam bellum transferre iussi, cum 330. navibus Siciliam pe... unt. quibus AMILCAR Pœnorum Imperator, & Hanno classi præfectus, occurrére. C... erto prælio Pœni in fugam versi, cũ magna navium iactura.

Victores Coss. in Africam transvecti, multa loca eva... ; & infesta Carthagini signa circumferunt.

MANL. Cos. captivos cum ingentibus sp... R...am revexit. Et Regulus b...lum Carthaginiense sortitus, quùm haud procul à flum. Ba...radâ castra constituisset; adversùs miræ magnitudinis serpentem ... pænè ... habuit ... certamen.

Hic adversùs tres Imperatores, hoc est, duos Asdrubales ... accitum ex Sicilia AMILCAREM, atrocissimum bellum gessit. Victoribus Romanis LXXIV opida in deditionem cessere.

Carthaginenses

An. post Vrb. C. | Ann. ab Orbe C. | Ant. Natal. Chr.

Ca. 9. Carthaginienses fracti bellis, quùm pacem à Regulo popoſciſſent; neque eam,
nisi duris & iniquis conditionibus victor offerret; illi XANTHIPPVM, Lacedæmo-
niorum regem (veriùs, ducem) cum auxilijs accitum, bello copijſque præfecérũt.
A quo victi magnâ ſtrage Romani; & Regulus captus, & in catenas coniectus, de-
cimo demum anno huius belli diris ſupplicijs excruciatus, nobilem, an fœdnml de
ſe triumphum Carthaginienſibus præbuit.
Anno proximo, ÆMYLIVS PAVLLVS & FVLVIVS NOBILIOR Coſſ. auditâ clade,
in Africam cum claſſe ccc. navium tranſire iuſſi. Quibus ad Clupeam Carthagi-
nienſes pari cum claſſe obviàm profecti, longè maiore ſtrage victi ſunt, quàm an-
teà Romanos vicerant. Et HANNONES duo, Pœnorum Imperatores, prœlio ite-
rùm, ſed terreſtri, ad eandem Clupeam commiſſo, magnam ſui exercitûs partem
amiſére. Sed Romana claſſis, quæ in Italiam prædis onuſta remeabat, infando
naufragio everſa eſt.
492. SERVILIVS CÆPIO, & SEMPRONIVS BLÆSVS Coſſ. CCLX. navibus in Africâ tranſ- 4939. 260.
greſſi, oram maritimam, circà Syrteis, depopulantur: & ingenti prædâ ſunt potiti.
quam in reditu circà Palinuri promontorium, illiſi ſcopulis, cum CL. navibus one-
rarijs infeliciter amiſérunt. Indè Patres, quos iam nauticæ rei & fortunæ pertæſum
erat, decrevére; ne amplius quam LX. navium claſſis ad ſubſidium haberetur Italiæ.
(Faſt. 31.) Anno conſequente, C. AVRELIVS COTTA Coſ. in Siciliam tranſgreſſus, plurimis
prœlijs adversùs Pœnos & Siculos terrâ marique pugnavit, deq; ijs triumphavir.
An. proximo, L. CÆCILIO METELLO, C. FVRIO PACILO Coſſ. quùm Aſdru-
bal Carthagin. Imperator cum elephantis CXXX. & equitum peditumq; Millib. am-
plius XXX. Lilybæum ex Africâ veniſſet; pugna apud Panormum cõſerta eſt, & XX.
Millia Pœnorum cæſa. Elephanti XXVI. interfecti; CIV. capti, & per Italiam tradu-
cti ſpectaculo. Aſdrubal abſens à Pœnis capitis damnatus eſt.
C. 10. Feſſi tot malis Carthaginienſes, M. ATTILIVM REGVLVM, quem iam quin-
quennio captivum detinuerant, inter cæteros legatos, Romam ad Senatum, peten-
dæ pacis, miſérunt. Quem non impetratâ pace, ab Italiâ, uti facturum iuraverat,
reverſum, reſectis palpebris, inſomniâ necavérunt, (Liv. lib. 8. Valer. 1. cap. 1.
Agell. 6. cap. 4. Horat. Od. 5. lib. 3.)
498. C. ATTILIVS REGVLVS, & L. MANLIVS VVLSO, II. Coſſ. cũ claſſe CC. navium, 4945. 254.
(Faſt. 34.) & IV. legionibus, Lilybæum profecti, & obſidere conati, ab Annibale, Amilcaris
ſilio, maiore exercitûs ſui parte exuti, ipſi ægrè evaſérunt.
Anno inſequenti, P. Appius, Claudij F. cum claſſe CXX. navium ad Drepani
Portum contrà hoſtem profectus, & à Pœnis ſuperatus eſt. amiſsis aut demerſis
navibus pænè omnibus; octo militum Millib. cæſis; XX. Millib. captis. C. Iunius,
Claudij collega, univerſam claſſem naufragio amiſit.
506. C. LVTATIVS CATVLVS Coſ. collegâ A. POSTVMIO ALBINO, cum claſſe CCC. na- 4953. 246.
(Faſt. 311.) vium in Siciliam tranſvectus eſt. Et Pœni eódem cum CD. navibus, magniſque co-
pijs, duce HANNONE, concurrunt. Et pugnâ mòx apud Ægates, Inſulam (exad-
verſum Lilybæo ſitam) crudeſcente, victus HANNO navem avertit, & dux fugæ pri-
mus fuit. 63. Punicæ naves captæ; 130. demerſæ, 32. hominũ M. capta; cæſa 14.
C. 11. Poſt annum XXIII. ex quo bellum Punicum primum fuerat inchoatum, (ab Ap-
pij Claudij & Q. Fulvij Cõſulatu) pax data petentibus Pœnis, hiſce conditionibus.
*"Vt Siciliâ Sardiniâq; decederent. "Vt pro bellicis impenſis, argenti puri III. M. talen-
tûm Euboicorum, æquis penſionibus, per ann. XX. dependerent.*
Anno inſequenti, Q. LVTATIO, CERCONE; & A. MANLIO Coſſ. diverſæ
ignium aquarumque clades pænè abſumſére Vrbem; Tiberi ſuprà modum redun-
dante; & igne, incertum, undè, cum miſerabili tectorum hominumque ſtrage, ex-
ſurgente; & Veſtæ etiam Ædem corripiente.
510. TIB. SEMPRONIO GRACCHO, & P. VALERIO FALTONE Coſſ. à Romanis XV. M. 4957. 241.
Faliſcorum occiſa. (Eutropius triennio id bellum geſtum fuiſſe, CERCONE &
TORQVATO Coſſ. ſcribit. eoſque de Faliſcis triumphaſſe, notatum, Tab. Capitol.)
C. 12. Eodem anno contrà Gallos Ciſalpinos, variâ fortunâ, à Valerio Coſ. pu-
gnatum.
512. T. MANLIO TORQVATO, & C. (al. Marco) ATTILIO BALBO II. Coſſ. Sar- 4959. 240.
(Faſt. 318.) dinia Inſula, auctoribus Pœnis, rebellavit. Sardi autem mòx ſubacti. Carthaginien-
ſibus verò pacis, quam ipſi popoſciſſent, violatoribus, inferri bellum decretum
eſt. Quod vix tertiùm miſſis legatis, impetratâ iterùm pace, avertérunt.
Hoc an. Porta IANI GEMINI clauſa eſt, bellis paſsim ſilentibus. quod ſub NVMA
POMPILIO rege ſemel ſolum provenerat; poſt ann. CCCXL.
C. 13. AMILCAR, Pater ANNIBALIS, dux Carthagin. ab Hiſpanis in bello, quùm aliud
517. ipſe adversùs Roman. bellum agitaret; occiſus eſt. 4964. 235.
(Faſt. 402.) Anno conſequente, Illyrijs, ob legatos Romanorum, iuſſu TEVTÆ reginæ

interfectos,

An. post Urb. C. interfectos. bellum illatum. & victi FVLVIO POSTVMIO Cos. se dedidérunt. Ann. ab Orb. C. & ante Nat. Ch.

521. Civitatem saerilegis sacrificijs funestavére Pontifices: & ex priscâ, Librorum Sibyllinorum, superstitione, x. Viri Gallum virum & Gallam feminam, cũ muliere simul Græcâ, in foro Boario, vivos defodérunt. Odio utriusque gentis, tum infidæ. 4968. 231.

523. (Fast. 338.) L. ÆMYLIO PAPO, & C. ATTILIO REGVLO Coss. Magnus Romæ, ex Cisalpinæ Galliæ defectione; & exercitûs ex ulteriore Galliâ advenientis, nuntio, terror incessit. (Galli Gæsati dicti, quasi Gaizes, mercede conducti. vel gæsa gestantes. Id bellum Polyb. lib. 2. Liv. lib. 20. describunt.) 4970. 219.

Coss. totius Italiæ, ad præsidium imperij, contraxére vireis. adeò ut in utrinsq; Coss. exercitu ad DCCC. M. armatorum fuisse referantur. Commisso ad Arretium prœlio Attilius Cos. occisus est, & Romani in fugam acti. Altero prœlio, Gallorum XL. Mill. trucidata sunt.

Anno cõsequente, T. MANLIVS TORQVATVS, & Q. FVLVIVS FLACCVS, II. Coss. primi trans Padum Romanas duxére legiones. Et pugnâ commissâ, Insubrium Gallorum interfecta sunt XXIII. M. & V. M. capta.

Anno proximo, Dira Vrbem terruére prodigia. quæ Orosius nequitiæ dæmonũ adscribit. C. FLAMINIO NEPOTE, & P. FVRIO PHILO, Coss. (sic Plut. Marcello)

In Piceno flumen sanguine fluxit. Apud Tuscos, cœlum ardére visum. Circa Ariminum, tres Lunæ, distantibus cœli regionibus, multâ cum luce exortæ, apparuérunt. Præ magno terræ motu Colossus ille ingens Rhodi corruit.

525. (Fast. 340.) Paullo-post, FLAMINIVS Cons. contemtis auspicijs, quibus pugnare prohibebatur, adversùm Gallos conflixit & vicit.

526. Et anno consequente, M. CLAVDIVS (Marcellus) XXX. Gæsatorum Millia, VIROOMARO ipsorum rege in acie occiso, delevit. Mediolano, inter cætera Insubrium opida, capto.

527. Deinceps Istri, novi hostes, à P. CORNELIO, ASINA; & M. MINVCIO RVFO, Coss. multo Romanor. sanguine subacti.

C. 14. Belli Punici II. omnium, quæ Romani gessére, graviss. Initium.

535. ANNIBAL, AMILCARIS F. Pœnorum Imperator. Saguntum in Hispaniâ, Vrbem pop. Rom. amicam, delevit. (Idque factum M. LIVIO SALINATORE, & L. ÆMYLIO PAVLLO, Coss.) Legatos Romanor. ad se missos conspectu suo abstinuit. Exinde odio Romani nominis (quod puer novennis Patri exsecratus erat; & ad aras iurárat. quoque Virgil. adlusit. *Exoriare aliquis nost. ex ossib. ultor &c.*) *P. CORNELIO SCIPIONE & TIB. SEMPRONIO LONGO* Coss. Pyrenæum montem transgressus, per feroceis Gallorum genteis, nono demùm die ad Alpeis pervénit. 4982. 217.

Victis Gallis, qui ab adscensu prohibebant; & rupibus igni ferroq́; rescissis, quinctâ die ad plana pervenit, cum exercitu, C M. peditum, & XX. M. equitum.

SCIPIO Cos. commisso ad Ticinum prœlio, graviter vulneratur; & à filio admodùm prætextato vix liberatur: cæso omni pænè exercitu. Idem Cos. ad Trebiam pugnans, pari clade superatur.

SEMPRONIVS, quùm cognito Collegæ casu, à Siciliâ cum exercitu redijsset; apud eundem fluvium congressus, amissis copijs, pænè solus evasit.

Ibi Annibal sauciatus est: & in Apennini transitu magnam hominum; iumentorum & elephantorum iacturam, præ hiberni frigoris acerbitate, fecit. (Liv. l. 21.) Dum intereà alter Cn. SCIPIO, SCIPIONIS frater, multa in Hispanis bella prosperè gerit: & MAGONEM (al. Hannonem) Pœnorum ducem, vincit & capit.

C. 15. Diris tũc Romani prodigijs territi sunt; quę cõmemorat Liv. l. 22. & Plut. Fabio. 4982. 217.

535. C. FLAMINIVS Cos. Cn. SERVILII collega, ab Annibale (qui iam oculum violentiâ frigoris, vigiliarum ac laborum, amiserat; & elephanti, qui solus ex omnibus superfuerat, supersedens, inopinatus supervenerat) ad Thrasymenum lacum fusus, & occisus est, exercitu funditùs trucidato: XXV. Romanor. Millib. cæsis; VI. Mill. captis. Tàm intento pugnantium ardore; ut gravissimum terræ-motum, qui tunc fortè factus est, neutra acies senserit.

C. 16. L. ÆMYLIVS PAVLLVS, & C. TERENTIVS VARRO, Coss. contrà Annibalem missi; 4987. 212.

540. (Fast. 507.) temeritate eiusdem Varronis, infelicissimè apud Cannas, Apuliæ vicum, pænè omneis Romanæ spei vireis perdidérunt. XLIV. Romanor. Mill. interfectis, unà cũ Cos. PAVLLO; & Consularibus aut prætorijs viris XX. Senatoribus, vel captis, vel occisis, XX. Nobilibus CCC.

Annibal in testimonium victoriæ, treis modios annulorum aureorum, quos Romanor. Equitum Senatorumque manibus detraxerant; Carthaginem misit.

CORNELIVS SCIPIO, Trib. tunc militum, pòst Africanus; Senatores, de relinquendâ Italiâ, & quærendis alibi sedibus, deliberanteis, stricto gladio deterruit: & pro patriæ detentione in sua verba iurare coëgit.

DECIMVS

a. post u.b. C. DECIMVS (al. Marcus) IVNIVS, Dictator creatus, delectu ab annis XVII. habito, immaturæ rudisque militiæ IV. legiones, undecumque contrahit; & servos etiã, vel oblatos, vel publico pretio emtos, sub titulo libertatis, sacramento militiæ adigit. Et Asylo patefacto, homines sceleribus, aut debitis obnoxios, impunitate promissâ, militiæ mancipat. Campania intereà & finitimi populi, ad ANNIBALEN, præ Romani statûs desperatione, deficiunt. Ann. ab Urbe C. Ant Natal. Chr.

TIB. SEMPRONIO GRACCHO, & Q. FABIO MAXIMO, Coss. CLAVDIVS MARCELLVS, ex prætore, Proconsul designatus, Annibalis exercitum (ad Nolam) prœlio fudit: & spem fecit, post tot clades reip. hostem posse superari.

Scipiones autem, in Hispaniâ, Asdrubalem Pœnor. Imper. qui exercitum ad Italiæ excidium comparabat; gravissimo bello oppressérunt: & Celtiberos milites ab hostium societate in sua castra abduxérunt.

Romani intereà, qui unum domesticum bellum, quo ab Annibale in Italiâ premebantur, ferre vix ullo modo posse viderentur; III. insuper transmarina bella suscepérunt. Vnum in Macedoniâ, contrà Philippum regem. Alterum in Hispaniâ, contrà Hasdrubalem, Annibalis fratrem. Tertium in Sardiniâ, contrà Sardos, & alterum Hasdrubalem Pœnorum ducem. Quibus in omnibus *desperando illi pugnárunt; & pugnando vicérunt*. (Dei sortè, auspicis & auctoris, obliti:)

C. 17. CLAVDIVS MARCELLVS Syracusas, claram Siciliæ urbẽ, tertio vix anno expugnavit; Archimedis Syracusani civis, ingenio, & novis machinarũ inventis retardatus. 4990. 209.

543. Anno insequenti, Cn. FVLVIO, CENTVMALO; & P. SVLPITIO GALBA Maximo, Coss. Annibal è Campaniâ movens, ad Anienem fluv. III. ab urbe miliaribus, consedit. Et ipse cum expeditis equitibus ad portam usque Collinam infestus accessit; deinde omneis copias in aciem direxit. Nec Coss. & Q. FVLVIVS FLACCVS, Proconsule, (ab Vrbis Capuæ obsidione accitus) pugnam detrectavére. Bis autẽ expositæ utrinque acies, subitâ imbrium grandinisque tempestate diremtæ, & in tentoria refugere coactæ. Vt in religionem conversus Annibal dixisse feratur; *Potiundæ sibi Romæ modò voluntatem non dari, modò potestatem.*

Intereà in Hispaniâ ambo Scipiones ab Asdrubale, Annibalis fratre, occisi sunt. Et vicissim in Campaniâ, Capua, à Fulvio Procos. capta; Senatusque omnis supplicio necatus est.

C. 18. SCIPIO annos XXIV. natus imperium in Hispaniâ Proconsulare sortitus, Patris patruique, ibi nuper interfectorum, ultionem animo intendens; & Pyrenæum transgressus; primo impetu Carthaginem Novam cepit. Vbi stipendia maxima, præsidia valida, copiæ auri argentique magnæ Pœnorum habebantur. Atque indè Mago, Annibalis frater, captus cum cæteris Romam mittitur.

LÆVINVS Cos. ex Macedoniâ rediens, Agrigẽtum Siciliæ urbem, & Hannonem Afrorum ducem cepit. XL. civitates in deditionem adegit, & XXVI. expugnavit.

ANNIBAL vicissim in Italiâ Cn. FVLVIVM Procons. ad Herdonéam; & XI. Tribb. milit. & XVII. milit. Millia interfecit.

MARCELLVS Cos. cum eodem Annibale triduum continuum variâ fortunâ dimicavit; modò victor, modò victus.

Anno proximo (quem Fasti statuunt 544.) FABIVS MAX. Consul, Tarentum, quæ à Romanis defecerat, recepit. Ingenteis Annibalis copias, cum duce Carthalone, delevit. tricies Mille captivos vendidit, & pretia in fiscum rettulit. Et anno sequenti CLAVD. MARCELLVS, V. Consul, ab Annibale cum exercitu cæsus est.

SCIPIO vicissim in Hispaniâ Asdrubalem Pœnum vincit, & castris exuit. LXXX. civitates aut deditione, aut vi armorum in potestatem redigit: & Afris sub coronâ venditis, Hispanos sine pretio dimittit.

546. C. CLAVDIO NERONE, & M. LIVIO SALINATORE, Coss. Asdrubal, Annibalis 4993. 206.
(Strus & Fast.) frater, ab Hispanijs, per Gallias, in Italiam, ut ibi fratri cum copijs iungeretur, magna Hispanorum Gallorumque auxilia adducens; sed à Coss. præventus; cũ omni suo exercitu, ad LIIX. M. interfectus est, haud procul Metauro flum.

ANNIBAL, cõspecto fratris capite, quod antè castra erat proiectũ; & clade Pœnorum cognitâ; anno XIII. quàm in Italiam venerat, refugit in Bruttios.

548. SCIPIO, Hispaniâ in provinciam redactâ, Romam redijt. Et cum P. LICINIO 4995. 204.
CRASSO DIVITE, Cos. creatus, in Africam transijt. Hannonem, Amilcaris F. Pœnor. ducẽ, exercitu partim profligato, partim capto, interfecit. quùm intereà Cos. SEMPRONIVS, TVDITANVS, victus ab Annibale Romam refugere cogeretur.

SCIPIO autem in eâdem Africâ adgressus hiberna Pœnor. atque alia Nomidarũ, quæ utraque ab Vticâ haud procul aberant; nocte concubiâ incendi curavit. Quem ignem Pœni casu accidisse rati, dum inermes ad exstinguendum concurrunt; ab armatis facilè sunt oppressi. XL. Millia in utrisque castris igne ferroque cõsumta sunt; & capta V. Millia. Duces ipsi miserabiliter ambusti ægrè effugérunt.

An. post Vrb. C. — Ann. ab Orb. C. & a nat. Ch.

SYPHAX autem, & Asdrubal, dum reparatis copijs iterùm congredi audent; victi fugérunt. Ex quibus Syphax fugiens, à Lælio & Masanissa captus, & in catenis ad Scipionem adductus; ab eodem; cum ingentibus spolijs, & plurimis captivis, Romam perducitur. Cirtham verò, in quam cætera multitudo confugerat, expugnatam Masanissa in deditionem recepit.

C. 19. ANNIBAL in Africam redire iussus, nt patriæ laboranti succurreret; flens, Italiam relinquit. ad Leptim opidum copias exponit. Colloquium Scipionis petit. Sed infecto pacis negotio, prœlium magnâ ducum militumque contentione consertum est, Romanis vincentibus.

ANNIBAL posteà Carthaginem (XXXVI. annis, pòst quàm parvulus indè cũ Patre exierat) venit: & Senatui nullam esse residuam spem, nisi in pace petendâ, persuasit.

546. (Fast. 552.) Neque ita multo-post, Cn. CORNELIO LENTVLO, & P. ÆLIO PATO Coss. pax Carthaginiensibus per Scipionem, voluntate Senatûs, populique concessa est. Navibus ampliùs D. in civitatis conspectu incensis.

SCIPIO iamtunc Africani cognomento insignitus, triũphans Vrbem ingressus est.

Atque ita bello Punico II. quod XVII. annis gestum, finis impositus.

C. 20. Bello Punico Macedonicum continuo successit; quod Quinctius Flamininus Cos. sortitus, post multas de Macedonibus victorias, pacem Philippo dedit.

Deinde cum Lacedæmonijs pugnavit; victo Nabide, ipsorum duce.

Nobilissimos obsides, Demetriũ Philippi, & Armenem Nabidis, FF. antè currum in triumpho duxit. Et Romani captivi, qui sub Annibale venditi per Græciam fuerant; & deinde recepti; rasis capitibus, ob detersam servitutem, currum triumphantis secuti sunt.

547. (Fast. 553.) Insubres, Boij, Cænomani, contractis in unum viribus, Amilcare Pœno duce, 4994. 205.
qui in Italiâ remanserat; dum Cremonam Placentiamque vastant; difficili bello à L. Furio prætore superantur.

Posteà Flamininus idem, sed Pro-consule, Philippum regem, & cũ eo Thracas, Macedonas, Illyrios, aliosque auxiliareis, ad Cynos-cephalas; iterùm bello subegit.

Et Sempr. Tuditanus, prætor, in Hispaniâ citeriore, cum omni exercitu cæsus est.

Item M. CLAVDIVS MARCELLVS in Etruriâ à Boijs oppressus magnam copiarum partem amisit. Cui quùm mox alter Cos. L. FVRIVS PVRPVREO, auxilio accessisset; gentem Boiorum ad internecionem pænè delevérunt.

552. (Fast. 558.) L. VALERIO FLACCO, M. PORCIO CATONE Coss. Antiochus rex Syriæ, (Magnus) 4999. 200.
bellum contrà Roman. instruens, in Europam ex Asiâ transijt. Ad quem Annibal, metu Romanorum, à quibus Romam mitti iuberetur; è Carthagine transfugit, & in bellum impulit.

Tunc & Lex OPPIA, ab OPPIO Trib. bello Punico, lata de stringendis Romanar matronarum cultibus, post ann. XX. dissuadente licet in primis Catone, magno cum publicæ honestatis detrimento; abrogatur.

Anno insequenti, P. CORNELIO SCIPIONE AFRICANO II. & TIB. SEMPRONIO LONGO Coss. apud Mediolanum, L. VALERIVS FLACCVS, Proconf. X. Gallorum Millia cecídit. Et alterum prœlium, Romanis non incruentum, SEMPRONIVS Cos. confécit. Quùm intereà in Hispaniâ, vario Marte, per prætores P. DIGITIVM & M. FVLVIVM, res gereretur.

556. (Fast. 562.) P CORNEL. SCIPIONE NASICA, & M. ACILIO GLABRIONE, Coss. Antiochus, 5003. 196.
quamvis Thermopylas in Thessaliâ occupâsset; & plus LX. armatorum Millia haberet; à Glabrione prœlio superatus, vix cum paucis fugiens Ephesum pervénit. Consulum verò alter Scipio, Boiorum XX. Mill. interfecit.

Anno insequente, L. CORNELIVS SCIPIO, Africani frater, Attali, Eumenis Pergameni F. auxilio & societate usus, Annibalem, Antiochinæ classi præfectũ, bello navali superat. Antiochus victus pacem rogat, & duris legibus impetrat.

In Hispaniâ ulteriore, C. ÆMYLIVS PAVLLVS Proconf. à Lusitanis cum universo exercitu cæsus interijt. Et L. BÆBIVS in Hispaniam proficiscens, à Liguribus, ne nuntio quidem cladis relicto, cum copijs occisus est.

Anno proximo, M. FVLVIVS NOBILIOR Cos. è Græciâ in Gallogræciã, sive Galatiam, transvectus, Gallogræcorum, qui in Olympum montem cũ coniugibus & liberis confugerant, & è locis superioribus Romanos telis atterebant; XL. M. occidit.

561. (Fast. 567.) · Q. MARCIVS PHILIPPVS Cos. profectus adversùs Ligures, insignem ab ijs cla- 5008. 191.
dem accepit.

564. M. CLAVDIO MARCELLO, Q. FABIO LABEONE Cos. Philippus rex Macedoniæ, 5011. 188.
qui legatos pop. Rom. interfecerat, verecundissimi Demetrij F. legati, precibus veniam promeruit. Eumdemque Pater, fratre Perseo instigante, uti Romanis amicum, & sui proditorem, licet immerentem, veneno necavit,

Eodem

An. post Vrb. C. — Ann. ab Orbe C. — Ant Natal. Chr.

Eodem anno. SCIPIO AFRICANVS, ab ingratâ sibi patriâ diu exsulans; Literni morbo, an veneno? obijt.

Et ijsdem diebus Annibal apud Prusiam, Bithyniæ regem, quùm à Romanis reposceretur; veneno sibi mortem conscivit. Et PHILOPOEMEN, dux Achæorum, à Messenijs captus & occisus est.

Anno insequente, Q. FVLVIVS FLACCVS præt. eiusq; successor Tib. SEMPRONIVS GRACCHVS, & L. POSTVMIVS, Hispaniam tum citeriorem, tum superiorem, multis hominum cædibus & opidorū expugnationibus, edomant, & ad deditionē cogunt.

572. M. ÆMYLIO LEPIDO, & Q. MVCIO SCÆVOLA Coss. Bastarnarum gens ferocis- 519. 180.
(Fast. [illegible].) sima, auctore Perseo, Philippi F. prædarum spe solicitata; quòd libera transeundi, per densam glaciem, Istri fluminis facultas daretur; dehiscente, præ gradientium agminum pondere, glaciali fluminis crustâ; submersa; & nullâ pugna, aut hoste, penitùs deleta est.

576. P. LICINIO CRASSO, & C. CASSIO LONGINO, Coss. II. Macedonicum bel- 523. 176.
(Fast. [illegible].) lum, inter maxima referendum, gestum est. quo Perseus, post multas de Romanis socijsque eorum victorias, postmodò à L. ÆMYLIO PAVLLO, (qui triennio post, Consul fuit) victus, captus, & in triumphum, cum filijs, antè currum actus est. Ipse paucis pòst ann. Albæ in custodiâ decessit.

C. 21. L. LICINIO LVCVLLO, & A. POSTVMIO Coss. P. SCIPIO, (qui posteà Afri- 5047. 152.
600. canus, Iunior, & Æmylianus dictus est,) quùm Romanos tàm ingens Celtiberorū
(Fast. [illegible].) metus invasisset, ut nemo eò ire vel miles, vel legatus auderet; ultrò eam provinciam sibi depoposcit. Ibique rem præclarissimè gessit.

Eodem tempore Censores Theatrum Lapideum in Vrbe construi censuérunt. Quod ne tunc fieret; Scipio Nasica obstitit; & inimicissimum bellatore in populo alendæ desidiæ luxuriæque commentum, in Senatu improbavit.

SER. GALBA prætor, qui à Lusitanis magno prœlio victus fuerat; eosdem quùm voluntarios in deditionem accepisset; inermeis & incautos, per scelus, interfecit. Quæ res universam Hispaniam in tumultū dedit. (SVET. Galba. & VALER. l. 9. c. 6.)

602. L. MARCIO CENSORINO, & M. MANLIO Coss. III. Bellum Punicum exor- 5049. 150.
(Fast. [illegible].) tum est; Quùm *Senatus delendam Carthaginem censuisset.*

Profecti in Africam Coss. & Scipio tunc Trib. milit. propè Vticam, Maioris Africani castra, Corneliana, tenuérunt. Ibi Carthaginiensibus evocatis, & arma naveisque tradere iussis; tanta vis armorum repentè tradita est, ut tota facilè Africa ijsdem armari potuisset.

Sed quùm traditis armis, relictâ Vrbe, recedere procul à mari x. pass. Millib. (sive LXXX. stadijs) iuberentur; dolorem in desperationem vertérunt; *aut defensuri patriam, aut cum ipsâ per ipsam sepeliendi.*

Duces sibi, duos Asdrubales creárunt: & æris ferríque ad arma facienda inopiam, auri argentique metallis supplevérunt. Coss. contrà, Carthaginem oppugnare statuunt, licet situ operibusque munitissimam. Sed parum triennio, & eo ampliùs, profectum est.

606. Is annus est post Punicum II. bellum, L. Cn. CORNELIO LENTVLO, & L. 5053. 146.
MVMMIO tunc Coss.

P. SCIPIO, qui superiore anno Cos. fuerat, delere Carthaginem supremâ forte molitus, Cothonem, urbis Portum, ingreditur; atque ita pugnat; ut præ desperatione Carthaginienses se dediderint; petentes, ut quos belli clades reliquos fecerat, servire saltim liceret. Mulierum XXV. Mill. & virorum XXX. M. memorantur ex urbe excessisse.

ASDRVBAL rex, ultrò se dediderat. Vxor eius se duosque filios in medium patriæ flagrantis iniecit incendium. Civitas XVII. diebus continenter arsit.

Ita diruta est Carthago; DCC. annis postquàm condita esset. Et IV. quàm inceptum fuit, anno bellum III. Punicum terminatum est.

Vniversè per annos pænè CXX. variè inter Pœnos & Romanos pugnatū.

EX LIB. V.

Eodem anno, ijsdemque Coss. ruinam Carthaginis eversos Corinthi subsecuta est, Vrbis in Achaia primariæ, & longè opulentissimæ. Ex permistis eo incendio metallis, *Æs Corinthium* exstitit.

Et Viriathus in Hispaniâ, genere Lusitanus, Pastor & latro, coactâ manu, prætorr. Coss.q; Romanorum exercitus variè profligat. Et trabeas, fasceis, aliaque insignia Romana, in montibus suis, ceu tropæa, præfixit.

An. post Vrb. C. Ap. CLAVDIO PVLCRO, & Q. CÆCILIO METELLO Macedonico, Coss. Ann. M. & ante C. Nat. Ch.

Ex ijs APPIVS adversùs Salassos, Gallorum gentem congressus, primùm victus; deinde victor fuit.

609. An. insequente, L. CÆCILIO METELLO, & Q. FABIO MAX. SERVILIANO, Coss. 5056. 143.
Ca. 1. quùm Androgynus, inter cætera prodigia, Romæ visus, iussu Aruspicum in mare mersus fuisset; tanta subitò pestilentia exorta est; ut vespillones, quoque, sive ministri faciendorum funerum; primùm non sufficerent, deinde deficerent. & sævi, per totam urbem, tabescentium sub tectis atque in stratis suis cadaverũ putores exhalarentur.

FABIVS Cos. VIRIATHVM à Vacciæ Vrbis obsidione depulit; eamque cum plurimis castellis in deditionem accepit. Quingentis Principibus deditiorum, manus crudeliter præcidit.

612. Q. POMPEIVS Cos. Cn. SERVILII CÆPIONIS collega, in fineis Numantinorum ingressus, magnâ cum clade exercitûs. & nobilitatis, recessit. VIRIATHVS, qui XIV. ann. Romanos variè exercuerat; insidijs suorum interfectus est. 5059. 140.

MITHRIDATES tunc, rex Parthorum VI. ab Arsace, victo Demetrio præfecto, Babyloniam urbem, fineisq; eius victor invasit. Genteis omneis, quæ inter Hydaspem & Indum fluvios iacent, subegit. ad Indiam denique imperium extendit.

616. C. HOSTILIVS MANCINVS, M. ÆMYLII LEPIDI PORCINÆ collega, postquàm à POPILIO LÆNATE, apud Numantiam, exercitum suscepisset, infeliciter prœliatus, turpissimum fœdus cum Numantinis facere coactus est. Senatus *dissolvi fœdus, & MANCINVM Numantinis dedi* præcepit. Numantini per legatos suos, *aut inviolatam pacem solam*; aut *omneis*, quos pignore pacis accepto vivos dimiserant, *reposcebant*. (Cic. lib. 3. Offic.) 5063. 136.

D. IVNIVS BRVTVS, qui anno superiore Cos. fuerat, in ulteriore Hispaniâ, LX. Gallæcorum M, qui Lusitanis auxilio venerant, asperrimo prœlio oppressit.

LEPIDVS Procons. Vaccæos, innoxiam gentem & supplicem, Senatu etiã prohibente, dum expugnare tentat; cladem ingentem accepit, castris exutus.

Ca. 6. Biennio post, SER. FVLVIO FLACCO, & Q. (al. CAIO) CALPVRNIO PISONE Coss. in Siciliâ mons Ætna adeò vastos igneis eructavit; ut proxima quæque flammis corriperentur, & longinqua favillis volitantibus torrerentur.

In eâdem Siciliâ, bellum servile (duce EVNO quodam) ortum: & ad LXX. Mill. servorum in arma conspirârunt. IV. prætorii. Romanos protrivêrunt: Consules terruêrunt.

Ca. 7. SCIPIO AFRICANVS Cos. ad oppugnandam Numantiam cum exercitu missus est; 5067. 132.
620. quæ per ann. XIV. cum IV. Millib. suorum, XL. Romanor. Mill. non solum sustinuerat; sed vicerat etiam, pudendisq; federibus adfecerat. Conclusi diu à SCIPIONE Numantini, & fame trucidati, deditionem sui offerebant, si tolerabilia iuberentur. Quod dum non impetrant, neque pugnæ facultas datur; duabus portis erumpunt, & non sine Romanor. periculo pugnant. & interfectis suorum fortissimis, bello cedunt, composito tamen agmine. Novissimè spe desperationis in mortem destinati, clausam Vrbem ipsi introrsùm succendêrunt: cunctique pariter ferro, veneno atque igne, consumti sunt, atque ita Numantiam SCIPIO intra annum & treis menseis, quàm eò venerat, circumdatam operibus, excisamque solo æquavit.

Eâdem tempestate GRACCHVS Trib. plebis, iratus nobilitati & Patribus, quòd inter auctores Numantini federis, ipse MANCINO Consuli Quæstor, notatus esset; agrum catenus à privatis possessum populo dividi statuit. *Hinc Legum Agrariarum seditiosæ actiones*. Et ipse OCTAVIO collegæ ademit imperium, quod sibi obsisteret; eique MINVCIVM substituit. ATTALVS, EVMENIS F. moriens testamento pop. Romanum Asiæ (Minor) succedere heredem iusserat. & hanc ATTALI pecuniam idem Gracchus populo distribuendam decrevit.

Ca. 9. Anno insecuto, GRACCHVS Tribunatum pleb. in annum proximum captans, die
621. comitiorum seditionem populi accendit. Nobilitas verò, auctore Nasicâ, inflammata, subselliorum fragmentis plebem fugavit, & Gracchum occidit, cum CC. alijs.

Orta in Siciliâ belli Servilis contagio multas latè infecit provincias. Minturnis CDL. servi in crucem acti. & Sinuessæ ad IV. Mill. à Cos. Q. METELLO & Cn. SERVILIO CÆPIONE oppressa sunt. In metallis Atheniensium, & apud Delum, paris mali initia exstincta sunt.

In Siciliâ, post Fulvium Cos. (anno 619.) Piso Cos. & P. Mucij Scævolæ collega (anno 620.) Mamertium opidum expugnavit; ibique XIX. Mill. fugitivorum interfecit. Captosque patibulo adfecit. RVPILIVS Cos. successor anno 621.) Tauromininum & Ennam, firmissima fugitivorum perfugia, bello recepit. Ibique amplius XX. servorum Mill. trucidata sunt.

Anno proximo, P. LICINIVS CRASSVS, MVCIANVS, Cos. & Pontifex Max. adversùs

An. post Vrb. C. versùs ARISTONICVM, (EVMENIS, ex pellice Ephesiâ F.) ATTALI fratrem, qui Asiam, testamento Patris Romanis legatam, pervaserat; cum exercitu missus; & sociorum regum, Nicomedis, Bithyniæ; Mithridatis, Ponti & Armeniæ; Ariarathis, Cappadociæ; Pylæmenis, Paphlagoniæ; auxilijs instructus, conserto bello victus est; & à Thrace quodam occisus. Ann ab Orb. C. & antè Nat. Ch.

623. PERPENNA Coss. qui CRASSO successerat, auditâ Romanorum clade, in Asiam 5079. 139. pervolavit; & Aristonicum, recenti victoriâ feriatum, improviso bello adortus, nudatumque omnibus copijs, in fugam vertit. Et Stratonice urbe, in quam confugerat; obsessâ, præ fame, ad deditionem coëgit. Isque tandem Romæ in carcere strangulatus est.

Eodem anno Ptolemæus Physcon, Ægypti rex VII. multis vitæ propudijs infamis, ab Alexandrinis regno pulsus est.

Iijsdemque temporibus, Antiochus, Sedetes, non contentus Babyloniâ atque Ecbatanâ, totoque Mediæ imperio; à Phrahate Parthorum rege victus est; licet suprà C. armatorum; & Ducenta amplius calonum lixarumque scortis & histrionibus immista, Millia secum traheret.

Anno consequente, C. SEMPRONIO TVDITANO, & M. AQVILIO Coss. P. SCIPIO AFRICANVS, quùm pridie pro concione de salutis suæ periculo fuisset contestatus; mâne in cubiculo suo repertus est exanimis; non sine suspicione Semproniæ uxoris, Gracchorum sororis.

627. M. ÆMYLIO LEPIDO, & L. ORESTE Coss. Ætna in Sicilia, & Lipara vicina, 5073. 126. vasto concussæ tremore, igneis globis & fervoribus exundarunt.

C. 11. Anno insequente, M. PLAVTIO HYPSEO, & M. FVLVIO FLACCO Coss. tàm ingens & perniciosa locustarum vis in Africam invaluit, ut præter frugum omnium perniciem, etiam ex peste consecutâ, supra Decies-centena hominum M. circà orā maritimam, quæ Carthaginiensi & Vticensi litori adiacet; perijsse proditum sit.

C. 12. Anno antegresso (qui quidem OROSIO est 627. sed Fast. 630.) Q. CÆCILIO METELLO, BALEARICO; & T. QVINCTIO FLAMININO, Coss. Carthago in Africâ restitui iussa, XXII. demum annis post quam eversa fuerat; deductis eo XXII. civium Roman. familijs.

Eodem anno, C. GRACCHVS, GRACCHI, in seditione anteà cæsi, frater, Trib. pl. per tumultum creatus; magna reip. pernicies fuit, ob leges Agrarias. Ipse, cum Fulvio Flacco, alijsque; duce bonorum Opimio Cos. per tumultum occisus est.

Ijsdem temporibus Metellus Balearcis Insulas bello pervagatus edomuit, & inde cognomen tulit.

Cn. DOMITIVS Procos. Allobroges Gallos, apud Vindalium, bello vicit.

Ætna mons, ultrà solitum exardens, Catanam urbem, finesq; eius oppressit; ita, ut tecta ædium calidis cineribus præusta & prægravata corruérent.

Anteà Q. FABIVS MAXIMVS, Allobrogicus posteà dictus, Cos. Bituitum, Arvernorum regem; profligárat, CLXXX. armatorum Millib. stipatum. Ex quibus L. M. partim cæsa; partim Rhodani vorticibus hausta.

631. (Fast. 633.) Q. MARCIVS Cos. quùm Gallorum gentem, sub radicibus Alpium sitam, bello 5078. 121. adgressus, copijs circumsepsisset; & ipsi fore impares intelligerent; coniugibus liberisque occisis, in flammas se proiecérunt. Ex captivis alij ferro, alij suspendio, alij cibo negato se ipsi consumserunt.

639. (Fast. 640.) P. SCIPIONE NASICA, & L. CALPVRNIO BESTIA Coss. Iugurthæ, Numidarum regi bellum indictum. (De quo SALLVST.) Post bellum id vario eventu per 5086. 103. VII. annos tractum, & gestum; Bocchus Mauritaniæ rex, socius & socer Iugurthæ, pretium pacis, generum dolo captum, catenisque obrutum, per Syllam legatum, remisit ad MARIVM Coss. Ille in triumpho ante currum, cum II. filijs, actus, mòx in carcere strangulatur.

Ijsdem Iugurthini belli temporibus, L. CASSIVS Cos. C. MARII collega, (anno 646.) à Tigurinis occisus est, cum Legato suo L. PISONE. Q. PVBLIVS, alter legatus Cassij, turpissimo fœdere obsides & dimidiam rerum omnium partem Tigurinis dedit: & dictâ ei per Cœlium Trib. pl. die, in exsilium profugit.

Paucis pòst annis (Fast. 647.) Cæpio Procos. captâ Gallorum Vrbe Tolosâ, C. Millia pondo auri; & argenti CX. Mill. è Templo Apollinis, sustulit; eaque per scelus intervertit.

642. (Fast. 648.) C. MANLIVS Cos. & Q. CÆPIO Procos. adversùs Cimbros & Teutonas, Ti- 5089. 11[illegible] gurinos & Ambronas, Gallorum, & Germanorum genteis, in Rom. imperij excidium conspiranteis, missi; provincias sibi Rhodano flum. medio, divisérunt. Vbi dum gravi inter se invidiâ disceptant; magnâ cum iguominiâ, & Rom. nominis discrimine, victi sunt, castrisque exuti.

Sed quùm MARIVS iam IV. Cos. (anno fort. 651.) iuxtà Isaræ Rhodaniq; cō-

An post Vrb. C. fluenteis castra posuisset; ijdem Cimbri, cum reliquis, dum pugnando Romanos excutere vallis suis non possent; III. agminibus Italiam petere destinarunt. Verùm à Consule subsequente, non procul ab Aquis Sextijs, CC. armatorum ex Tigurinis & Ambronibus Millia, interfecta; LXXX. Mill. capta. Vix III. Mill. fugisse produntur. Ab Orb. cond. An. a. Chr. nat.

Mulieres eorum, dum libertatem non impetrant; parvulis suis ad saxa collisis, cunctæ sese ferro, aut suspendio peremérunt.

Teutones & Cimbri, integris copijs Alpium niveis emensi, Italiæ plana pervasérunt. Ibi ab eodem MARIO V. Cos. & collega CATVLO, ad CXL. M. cæsa. LX. M. capta produntur. Ij quoque. Mulieres eorum plaustris in modum castrorum circumstructis, desuper pugnantes, diu reppulére Romanos. Sed dum novo cædis genere terrerentur; abscissis cum crine verticibus, ferrum, quod in hosteis sumserant, in se, suosque liberos vertérunt.

645. (Fast. 60.) Post Cimbricum & Teutonicum bellum, & V. Marij Consulatum, quo status Imperij Rom. conservatus iure fuisse iudicetur; VI. eiusdem Marij Consulatu ita labefactatus est; ut pænè usque ad extremum intestinâ clade conciderit. 5092. 107.

L. APPVLEIVS SATVRNINVS primus excitati tumultûs auctor exstitit; infestus Q. METELLO NVMIDICO, quem Censorem sibi, uti opinabatur, acerbiorem in Capitolio obsederat; & indè ab Equitibus Romanis fuerat depulsus. A. Nonium competitorem suum, idem Saturninus & Glaucia. Trib. Pl. fraude C. Marij Cos. occidérunt.

Anno subsequente Marius VI. Cos. & Glaucia prætor, & Saturninus Trib. Pl. conspirárunt; uti Metellum Numidicum in exilium quâcumque vi agerent, cum totius etiam Vrbis dolore.

Idem Saturninus Memmium, quē fieri Cōsulem timeret, per seditionē interfecit.

Frem ente ob hæc Senatu, populoque, Marius accommodato ad tempus ingenio, Saturninum, qui domi in concione ab alijs rex; ab alijs Imperator fuerat appellatus; adiuvante collegâ Cos. L. VALERIO FLACCO, foro pellit, & in Capitolium fugere compulit. Ibi cædes facta; & Saturninus cum Saufeio & Labieno in Curiam confugiens, per Equites Romanos, effractis foribus, occisi sunt. C. GLAVCIA alibi trucidatus est; alijque tantæ seditionis auctores interfecti.

Vnde licet aliquanta Vrbi quies; non modò Metello reditus impetrari non potuit, Marij Cos. & Furij Trib. pl. factionibus; sed Rutilius quoque, vir integerrimus, evidenti accusatorum calumniâ, Iudicumque periurio, condemnatus, Smyrnam commigravit.

649. (Fast. 60.) SEXTO IVLIO CÆSARE, L. MARCIO PHILIPPO Coss. ex intestinis caussis, Sociale bellum tota commovit Italia. M. LIVIVS DRVSVS Trib. pl. Latinos omneis spe libertatis illectos in arma excitavit. Is domi, incerto auctore, interfectus est. 5097. 102.

Picentes, Vestini, Marsi, Pelìgni, Marrucini, Samnites, Lucani, occultæ defectioni intenti, C. SERVILIVM præt. legatum ad se missum, apud Asculum, occiderunt; & clausâ civitate, omneis civeis Roman. indictâ caussa, iugulavérunt.

Cn. POMPEIVS præt. à Picentibus victus est. Et IVLIVS CÆSAR Cos. à Samnitibus cæso fugit exercitu. RVTILIVS Cos. à Marsis cum multis nobilibus, & IIX. Romanor. Millib. cæsus est.

MARIVS cladem Rutilij ex cadaveribus, quæ Toleno fluv. deferebantur, conijciens, victores subitò oppressit, & totidem Marsorum Mill. interfecit. CÆPIO à Vestinis & Marsis in insidias deductus, & cum exercitu trucidatus est. L. IVLIVS CÆSAR, qui apud Æserniam victus aufugerat, contractis undique copijs, adversùs Samnites & Lucanos dimicans, multa ex ijs Millia cecidit: Et Senatus sagum antiquo togæ decore commutavit.

Deinde MARIVS, SYLLA, Cn. POMPEIVS, CATO, PLOTIVS, feliciter rem gerunt. ut Romæ. propter has victorias, prætextæ, aliaque magistratuum insignia resumerentur.

Cn. POMPEIO STRABONE, & L. PORCIO CATONE Coss. Asculum ab eodem Pompeio captum, cæsis ante XIIX. Marsorum Millibus, & III. M. captis.

661. SYLLA Cos. XIIX. Samnitium M. apud Pompeios delevit; exercitu, qui se Postumij legati sanguine fœdárat, ad ignominiam delendam, excitato. 5108. 91.

Iisdem diebus rex SOTHEMVS, cum magnis Thracum auxilijs Græciam ingressus, & Macedoniam depopulatus, à SENTIO prætor. victus in regnum redijt.

Anno consequenti. nondum finito Sociali bello, Romæ primum Civile bellum, MARIANVM, commotum est. Et MITHRIDATICVM, grave in primis, cæptum. Quod quidem alij XXX. alij XL. annis gestum fuisse volunt. De quo posteriùs.

Belli autem

An. post Vrb. C. Belli autem Mar ani hæc initia. MARIVS, Consule Syllâ, qui contrà Mithridatem in Asiam profectus erat, in Campaniâ, propter belli Socialis reliquias, & Nolæ obsidionem consistente; adfectabat VII. Consulatum, & belli Mithridatici imperium. Sylla re cognitâ, cum IV. legionibus revertens, antè Vrbem consedit: & Gratidium, Marij Legatum, qui à Syllâ legiones acciperet; ceu primam belli civilis victimam, occidit. Ann ab & ante Orb. C Nat. Ch.

Ipso in Vrbem ingresso, quùm, frustrà omnibus tentatis, MARIVS in Capitolium confugisset; & cæsis suorum aliquot subitò diffugisset; Sulpitius, Marij collega, prostratus est.

MARIVS primùm apud Minturnas delituit; deinde in Africam transfugit.

Indè cum filio Romam regressus, Cinnæ Consuli iungitur. & ipsi. profligandæ reip. exercitum inter se quadripertito diviserunt. III. legiones Mario datæ. Parti alteri copiarum Cn. CARBO præpositus est: partem Sertorius accepit. Cætera portio Cinnam secuta est.

Cn. POMPEIVS à Senatu, opis ferendæ, arcessitus, ad Octavium, alterum Consulem, sese contulit; & cum Sertorio æquali Marte conflixit. Idem fulmine posteà adflatus exercitum pestilentiâ amisit.

Marius Coloniam Ostiensem, Antium & Ariciam crudelissimè diripuit.

Nec ita multo post, Cinna Cos. cum legionibus; Marius, cum fugitivis, Vrbem ingressi, nobilissimos quosque è Senatu, & multos in ijs Consulareis, interfecere. Capitaque interfectorum, vel convivijs illata, vel oblata Capitolio, vel collocata Rostris ad spectaculum.

Ipse Marius, in exordio VII. Consulatûs, quem cum Cinna, III. Cos. inierat, ferâ tandem morte præreptus est.

SYLLA adflictorum civium & exsulum precibus è Græcia revocatus, mox ut Campaniæ littus attigit; Norbanum Consulem (annó f. 670.) prœlio oppressit. & Syllæ duces, adversùs Marianas parteis, civilibus odijs prœliantur.

Q. METELLVS, CARINATIS copias; Cn. POMPEIVS, CARBONIS equitatû graviter confecit. Syllæ quoque, & Marij adolescentis maximum apud Sacriportum prœlium fuit, cæsis de Marij exercitu ad XXV. M. Iterum POMPEIVS CARBONEM milite & castris exuit. METELLVS NORBANI agmen oppressit. LVCVLLVS à QVINCTIO obsessus erupit, & repentinâ pugnâ obsessorem exercitum delevit. Sylla cum Lamponio Samnitium duce, & reliquis Carinatis copijs, ad Portam Vibis Collinam, signa contulit; & ad LXXX. hominum Mill. fudit.

C. 21. Idem mòx ut Vrbem victor intravit; III. (al. VII.) hominum M. qui se per legatos dediderant, contrà fas, fidemq; datam, inermeis securosq; interfecit. Deinde plurimi non modo innocentes; sed Syllanarum etiam partium sectatores, plus IX. M. impunè, pro victoris militis lubidine, sunt trucidati.

SYLLA, auctore L. FVRSIDIO, primus infamem illam Tabulam proscriptionis induxit, II. Millib. ad necem proscriptis. IV. Cõsularibus, Carbone, Mario, Norbano, Scipione; & Sertorio. Apud Præneste omneis Marianæ militiæ principes occidi iussit. Dictator creatus, remp. gravissimè adflixit. Cn. POMPEIVS in Africâ Marianæ factionis reliquos duces persequitur.

Anno 674. secundum Fast. Creatis P. Servilio Vatiâ Isaurico; & Ap. Claudio Pulcro, Coss. visus est tandem Sylla privatus, qui Dictaturâ sese ultrò abdicásset.

Anno 675. Syllâ mortuo, M. ÆMILIVS LEPIDVS, Marianæ partis adsertor, adversùs Q. LVTATIVM CATVLVM, Syllanum ducem, surgens, redivivos belli civilis cineres suscitavit. Quod partim clementia Catuli; partim tædio Syllanæ crudelitatis, post aliquanta certamina, mox evanuit.

673. Bella in Hispaniâ, Pamphyliâ, Macedoniâ, Dalmatiâ, sub idem tempus ardebant. 5120. 79.

SERTORIVS, quùm parteis Marianas sectatus fuisset; Syllam fugiens, & ex Africâ in Hispanias dilapsus, bellicosissimas genteis in arma excitavit; & Romanor. ducum arma diu exercuit. Et decimo demum belli inchoati anno, ijsdem, quibus & Viriathus, suorum dolis, interfectus, finem bello fecit. Perpenna eius successor, à Pompeio victus est.

Macedonicum bellum, Ap. CLAVDIVS PVLCER sortitus, varias genteis, quæ Rhodopæis montibus circumfusæ sunt, & Macedoniam tunc populabantur; Scordiscos in primis, pellere Macedoniâ conatus; parùm profecit: ibidque interijt.

P. SERVILIVS, Exconsule, Ciliciam & Pamphyliam adortus pænè delevit: Lyciam urbibus captis frenavit: Isauros, bello fractos, in ditionem redegit. hinc ISAVRICI cognomen.

COSCONIVS Procos. ptottitâ subactâq; Dalmatiâ, Salonas urbē biēnio expugnavit.

M. TERENTIO

An. post Vrb. C. 680. M. TERENTIO VARRONE, LVCVLLO; & C. CASSIO LONGINO, Coss. gladiatores LXXIV. Capuæ, è Ludo Cn. LENTVLI diffugêrūt;& ducibus CRIXO & OENOMAO Gallis, & SPARTACO Thrace, Vesuvium montem occupârunt. Indè erumpentes, Clodij præt. qui eos obsidebat, castra expugnârunt. Ab Orb. Cond. 5127. Ant. Nat. Chr. 72.

Hinc per Consentiam & Metapontum circumducti, ingentia brevi agmina collegêrunt; ad XL. Mill. Cædibus, incendijs, rapinis & stupris omnia miscuêrunt.

Deinde L. GELLIVS & Cn. CORNELIVS LENTVLVS, adversùs eos cum exercitu missi. Ex quibus GELLIVS CRIXVM acerrimè pugnantem oppressit: LENTVLVS à Spartaco superatus, aufugit. Pôst collatis etiam frustrà ambo Coss. copijs, acceptâ clade fugêrunt. Dehinc C. CASSIVM Procos. idem SPARTACVS interfecit.

Senatus trepidus CRASSVM cum legionibus Consulum, novoque supplemento militum misit. & difficilibus tandem prœlijs vix SPARTACVS attritus est.

EX LIB. VI.

Bellum Mithridaticum per XL. ann. gestum, sive verius XXX. ab anno scilicet V. C. 662. quo primum civile bellum cæperat; usque ad Consulatum Ciceronis & Antonij, quem Fasti attribuunt anno 690.

MITHRIDATES ergò, rex Ponti atque Armeniæ, (Minoris) per Asiam, Romanis amicam, diu grassatus, & cædibus in civeis Roman. debacchatus; & transmissis in Græciam, duce ARCHELAO, copijs, Athenis, alijsque Græciæ Vrbibus potitus. Et tandem eodem ARCHELAO tribus prœlijs à Syllâ victo, Græciâ exactus, & à primarijs Asiæ civitatibus exclusus; per ARCHELAVM, de pace, cum Sylla pepigit. quam FIMBRIA, Marianorum scelerum satelles, & Syllæ infestus, novis adversùs & Mithridatem, & Romanos duces, bellis interturbavit.

Post cuius mortem, FANNIVS & MAGIVS, de exercitu FIMBRIÆ profugi, Mithridati sese adiunxêre: & federis cum SERTORIO in Hispania pagendi eidem regi auctores fuêrunt. quùm contrà ARCHELAVS ad SYLLAM sese contulisset.

LVCVLLVS Cyzicum, obsidione Mithridatis, liberat. Et DEIOTARVS, rex Gallogræciæ, præfectos regis bello trucidavit. In obsidione Cyzici amplius CCC. hominum M. fame & morbo Mithridates amisisse proditur.

MARIVS, quem SERTORIVS firmandi federis causâ miserat, à LVCVLLO eodem terrestri navalique prœlio profligatur: & de speluncâ, ubi latebat, extractus, hostilis in Romanos animi pœnas luit.

Idem LVCVLLVS Sinopen capit, & servat. Eius frater MARCVS in Macedoniâ Bessorum gentem in deditionem recepit. METELLVS Siciliæ præt. C. VERRIS præturâ adflictos Siculos, pulsis piratis, levat.

LVCVLLVS Euphratem & Tigrim transgressus, apud Tigranocertam cum Mithridate & Tigrane congressus, exiguâ manu ad XXX. M. cecidit. Ad eumque totius pænè Orientis supplices venêre Legati.

Ijsdem diebus, Piratæ per omnia sparsi Maria, & latè domini, in immensum augebantur. Hos CN. POMPEIVS cum novis prætoribus toto mari persecutus, mirâ celeritate compressit.

Eodem tempore METELLVS Cretam Ins. diuturno bello domitam, in potestatem redegit. & CRETICI nomen tulit.

POMPEIVS successor Lucullo datus, in maiore Armeniâ Mithridatem nocturno bello vicit. Oranti Tigrani veniam dedit. Cum ORODE, Albanorum rege, pacem instaurat. ARTOCEM, Iberiæ regem, bello fudit, totumque regnum in deditionem accepit.

Deinde rebus per Armeniam, Colchidem, Cappadociam & Syriam ordinatis, è Ponto in Parthiam promovens, ad Ecbatana pervênit. MITHRIDATES à PHARNACE F. obsessus, quùm venenum sumtum nihil proficeret, Gallo militi iugulum præbuit.

690. M. TVLLIO CICER. & C. ANTONIO Coss. POMPEIVS, nuntio cæsi Mithridatis accepto, Cœle-Syriam & Phœnicen bello adgressus, Ituræos Arabasque perdomuit: Vrbemque Petram, Aretæ regiam, cepit. 5137. 62.

Hinc ad Iudæos (quibus ARISTOBVLVS, expulso fratre HYRCANO, primus, ex sacerdote, rex præerat) atque ad Hierosolymam, urbem eorum primariam, GABINIVM cum exercitu mittit. Ipse subsecutus, & ab optimatibus Vrbe susceptus; sed à plebe muro Templi repulsus est. Quod quidem Templum vix tertio mense expugnavit, cæsis ad XIII. Iudæor. Millib.

Ipse muros civitatis solo æquari imperavit: Et aliquot Iudæorum Principibus securi

An. post Vrb. C. bus securi percussis, Hyrcanum sacerdotio restituit: Aristobulum captivum Romam perduxit. Ann. ab Orb. C. & antè Nat. Ch.

Intereà Coniuratio CATILINÆ adversùs patriam in Vrbe per Ciceronem Cos. detecta, & in Etruria civili bello exstincta est.

693. (Fast. 690.) C. IVLIO CÆSARE, & L. CALPVRNIO BIBVLO Coss. Lege Vatiniâ CÆSARI III. provinciæ, cum legionibus VII. in quinquennium datæ; Gallia Transalpina, & Cisalpina, & Illyricus. Galliam Comatam Senatus posteà adiecit. 5140. 59.

CÆSAR primùm Helvetios, anteà per Orgetorigem, gentis Principem, instigatos, & tunc ad capessendam Galliæ totius dominationem, exustis vicis ac domibus suis, egressos; apud Rhodanum fluv. obvios, magno difficilique bello bis vicit; & reliquos in patriam remisit.

Deinde Ariovistum, Germanorum regem, apud Sequanos, fudit. Post hæc Belgas, tertiam Galliarum partem, lectissimis CCLXXII. armatorum Millib. in sese exardenteis, & priore pugnâ victores, usque ad internecionem pænè delevit.

CÆSARE in Italiam digresso; Galba cum legione XII. ad Veragros Sedunosque missus; & in vico, Octoduro, confidens, accolas finitimosque à socijs in cædem Romanorum & prædæ societatem vocatos, miserabili strage fudit.

CÆSAR, CRASSI periculo revocatus, in quem apud Andegavos cum legione VII. hiemantem, Veneti cum finitimis coniurârant, & Legatos Roman. vinxerant, ut eo pacto obsides suos reciperent; eosdem prœlio navali victos, Principibus per tormenta interemtis, reliquos sub coronâ vendidit.

Eburovices, Aulerci, Lexovij, rebellantes à TITVRIO SABINO magnâ clade edomiti sunt. Sontiates à P. CRASSO obsessi; armis traditis, in deditionem recepti. Ab eodem Aquitani, & auxiliares Cantabri, ad XXXIIX. M. cæsi.

CÆSAR ipse Germanos, quorum numerus ad CDXL. M. fuisse fertur, qui Rhenum transierant, & Gallias sibi subijcere parabant, bello adortus, ad internecionem usque cecidit.

Tunc Cæsar in Germaniam Ponte facto transgrediens; Sicambros & Vbios obsidione Barbarorum liberat: Suevos, totamque Germaniam adventu suo terret.

In Galliam iterum rescisso ponte concedens, ad Morinos venit. Indè navibus LXXX. in Britanniam transgreditur. ubi & pugnâ, & tempestate, militum naviumque non parvam fecit iacturam. Regressus in Galliam DC. naveis fieri imperat, & primo vere in Britanniam traijcit. Et dum in hostem cum exercitu proficiscitur; naves pleræque, quæ in anchoris stabant, tempestate vel periérunt, vel dissolutæ sunt. Ipse equitatu priùs victus, deinde victor ad Thamesim fluv. cuius ripam ulteriorem hostes innumerabiles, duce Cassivelauno, tenebant; pervasit. eique Trinobantum civitas datis obsidibus se dedidit: aliæque urbes complures in fœdus Romanor. venérunt.

A Britannis reversus in Galliam, alijs bellis circumvenitur. AMBIORIX namque cum Eburonibus & Advaticis conspirans, COTTAM & SABINVM legatos in Eburonibus cum totâ legione interfecit. Inde victor Advaticos & Nervios, eorumq; clienteis raptim in arma contrahit. Q. CICERONEM Legatum, qui legioni uni in hibernis præerat, vallo turribusque circumdatum, obsidet & oppugnat. dum Cæsar cum II. legionibus adventans, suis liberatis, hosteis vastissima cæde conficeret.

INDVCIOMARVS Trevirorum Princeps, à LABIENO, cuius castra legionemque obsidebat; repentinâ eruptione prostratus est.

CÆSAR, qui legiones à CN. POMPEIO conscriptas recens ex Italia acceperat, exactâ hieme, primùm Nerviorum fineis diripit. Deinde Menapios, immensis paludibus & silvis munitos, tribus agminibus invadit & domat. Labienus Treveros, prius quàm Germanis iungerentur, cædit, & civitatem capit.

CÆSARE in Italiam reverso, iterùm Gallia in arma coniurat. Galli, duce VERCINGETORIGE, civitates suas ultrò incendunt. & ad Cæsarem, qui per Narbonensem provinciam clàm ad exercitum recurrerat, cum impetu feruntur, qui iam opidum Genabum (al. Avaricum) obsidione concluserat. quod tandem cepit & delevit.

Arverni, factâ ex castello quodam eruptione, Cæsarem in fugam vertunt. Qui cum VERCINGETORIGE erant, multis prœlijs fracti, ducem & regem suum, volentem, velut rebellionis auctorem, dedidérunt Romanis, sibi veniam precati.

Bellovaci, duce CORBEO, bellum instaurant; & in belli societatem Ambianos, Caletos, Velocasses, Atrebateisque coniungunt. sed mòx à Romanis, suis ipsi insidijs circumclusi, ad internecionem cæsi.

CÆSAR, Gallis debellaris, & legionibus in hiberna dimissis, ipse AMBIORIGIS fineis, qui tot bella concitârat, evastavit.

Pictones

An pòst Vrb. C. Pictones à CANINIO & FABIO legatis, duabus ex partibus circumventi, magnâ strage trucidantur. Ab Orb. Cond. Am Na. tal. Chr

Idem FABIVS Carnutes, quò DVMNACVS dux vetus, & totius rebellionis incentor erat elapsus; mirâ virtute & celeritate perdomuit.

CANINIVS Drapetem & Lucterium, qui Vxellodunum opidum occupârant, in campum cum copiarum parte evocatos; maximo prœlio, unum interfecit; alterum cum paucis in fugam egit. Opidum autem ipse Cæsar adcurrens, non sine labore, magnoque molimine, ad deditionem adegit.

697. CRASSVS in Consulatu collega Pompeij, provinciam sortitus in Parthos, homo inexplebili cupiditate, in Palæstinam divertit; Hierosolymam adit: Templi opes diripit, quas intactas POMPEIVS reliquerat. Ipse transito Euphrate, contrà fœdus LVCVLLI, apud Carrhas exercitum, cum filio CRASSO, Parthicis sagittis oppressum, amittit; & fugiens à SVRENA præfecto occisus est. 5544. 55.

(Fast. Sig.)

CASSIVS, iam veluti intumescentem Parthicâ victoriâ & Romanâ clade Syriam, egregiâ animi virtute ac moderatione repressit.

700. Ignis, incertum unde concretus, plurimam Vrbis partem invasit. ut XIV. vici, cum Iugario, consumti fuisse prodantur. 5547. 52

(al. 703.) *Belli civilis inter Cæsarem Pompeiúmque, hæc initia.*

CÆSARI è Gallia victori redeunti negatur alter Consulatus; & decreto Senatûs in Vrbem, nisi dimisso exercitu, venire vetatur. POMPEIVS ex Marcelli Coss. auctoritate ad legiones Gallicas, apud Luceriam, cum imperio mittitur. CÆSAR Ravennam se contulit. M. ANTONIVS & Q. CASSIVS Tribb. pl. pro Cæsare intercedentes, LENTVLO Cos. interdicente, curiâ foroque prohibiti, ad Cæsarem profecti sunt, Curione Cælioque comitantibus.

CÆSAR Rubicone flum. transmisso, mòx ut Ariminum venit, apud V. cohorteis, quas solas tunc habebat, caussam belli civilis, pro restituendis in patriam Tribunis, esse testatus est. Indè alijs cohortibus, legionibusque sibi adiunctis, terrori esse cæpit; ut POMPEIVS, omnisque Senatus trepidi, tamquam Italiâ pulsi, in Græciam transvecti, Dyrrachium, gerendi belli sedem, delegerint.

CÆSAR Romæ & Italiæ compos, ad Hispanias contendit. Ibique L. AFRANIVM, M. PETREIVM, & M. VARRONEM, Pompeianos duces, debellavit. Ipsius autem duces, CVRIO, CATONEM Siciliâ; VALERIVS, COTTAM Sardiniâ; TVBERONEM, Africâ VARVS, eiecérunt. Multi alij varijs utrimque locis, vario Martis eventu, rem inter se gessére.

Ad Dyrrachium multi Orientis reges, ad Pompeium cum auxilijs convenérût. Et Cæsar eódem adpulsus Pompeium obsidione frustrà cinxit: prœlioque ibi commisso victus est. Sed dum Cæsarem citato agmine per Epirum in Thessaliam pergentem Pompeius maximis cum copijs insequitur; in campis Pharsalicis, sive ad Palæopharsalum, prœlium commissum est: & fuso exercitu castrisque direptis, Pompeius in Asiam fugit: indè per Cyprum in Ægyptum transijt. & mòx ut littus attigit, iussu Ptolemaei regis adolescentis, occisus est.

CÆSAR compositis apud Thessaliam rebus, Alexandriam venit. visoq; Pompeij capite flevit. Insidijs tutorum regiorum, & Pompeij percussorum petitus, & urbe pulsus, ad Pharum vix natando evasit. Mòx certamine navali classem regiam aut depressit, aut cepit. Rex deinde in amicitiam Romanam receptus, & perfidè bellum movens, deleto exercitu, ipse scaphâ exceptus, ut fugeret; multis insilientibus, mersus necatusque est: & Alexandrini ad deditionem compulsi. Regnum Ægypti CLEOPATRÆ victor dedit. Indè CÆSAR Syriam pervagatus, PHARNACEM, MITHRIDATIS F. in Ponto vicit.

Romam regressus, & Dictator Cos.q; creatus, in Africam transijt. Apud Thapsū cum IVBA rege, & SCIPIONE, pugnans, magnam hominum multitudinem interfecit. CATONE, IVBA, PETREIO, SCIPIONE, voluntaria morte cadentibus.

Inde IV. triumphis Vrbem ingressus, & ordinato Reip. statu, in Hispanis, contrà Pompeij filios, profectus, inter cætera, apud Mundam ancipiti pugnâ victor, fugientibus subitò & præter spem Pompeianis, evasit.

IV. annis hoc civile bellum indesinenter toto orbe tenuit.

CÆSAR Romam reversus dum reip. statum clementer instaurat, auctoribus BRVTO & CASSIO, plurimis è Senatu conscijs, in Curia, XXIII. vulneribus confectus interijt. Indè nova bellorum civilium seges.

710. OCTAVIANVS, IVL. CÆSARIS è sorore Nepos, & heres, qui posteà AVGVSTVS dictus est, bella civilia V. gessit: Mutinense, Philippense, Perusinum, Siculum, & Actiacum. adversùs M. ANTONIVM, BRVTVM & CASSIVM, L. ANTONIVM, SEX. POMPEIVM. Triumviratum Reip. Constit. inijt cum eodem M. ANTONIO, & LEPIDO. 5557. 42.

Tabulis

Anni ab Vrb. C. | Ann. ab Orb C | Et ant. Nat. Chr.

Tabulis tum propositis ad necem proscri untur, CXXXII. Senatorum, (inter alios Tullij Ciceronis) & XXX. Equitum Romanor. nomina; præter vulgareis.

BRVTVS & CASSIVS, CÆSARIS percussores, proscripri & hostes iudicati, Asiam & Græciam pervagantur. E s CÆSAR & ANTONIVS in Macedoniam magno belli adparatu persecuti, ad mortem compulérunt.

SEX. POMPEIVS è Sicilia exactus, MANA eius liberto ad Cæsarem deficiente.

VENTIDIVS Persas & Parthos, in Syriam irrumpenteis, tribus maximis bellis fudit, & PACORVM regem in acie interfecit.

Eidem ANTONIVS negorium dedit belli ANTIGONO (ARISTOBVLI F.) facessendi, qui Parthorum operâ & auxilijs, Iudæos, HYRCANO patruo parenteis, debellárat, & subiectos tenebat; captisque Hierosolymis Templum spoliárat; seque regem constituerat. Eum ille continuò victum in deditionem recepit. & regnum HERODI dedit.

CÆSAR LEPIDVM in se cum XX. legionibus, in Siciliâ, insultantem, perpetuo compressit exsiliu. Idem Siciliæ rotius, & POMPEII & aliorum victor, ovans Vrbem ingressus, ut perpetuùm Tribunitiæ porestatis esset, à Senatu obtinuit.

ANTONIVS contrà vix salvum ex Parthiâ Armeniâque reduxit exercitum. & in Græciam transiens, SEX. POMPEIVM, quem bellum reparantem ad se venire iusserat, per duces suos interficiendum curavit.

CÆSAR Illyricum, Pannoniam, partemque Italiæ bellis subegit.

Et ANTONIVS ARTABANE rege Armeniæ capto, & thesauro eius ablato elatior, bellum Cæsari denuntiet. Octaviam, eius sororem repudiat: & Cleopatram sibi adiungit.

Ad Actium, famosum prœlium mari cõmmissum est. ex quo prior Regina Cleopatra navibus fugit, & fugientem uxorem secutus est ANTONIVS. CÆSAR eosdem in Ægyptum cõnsecutus, ad voluntariam mortem compulit; & Alexandriâ potitus est.

725. CÆSARE AVGVSTO V. & L. (alijs Sextus est) APPVLEIO Coss. CÆSAR triplici 5172. 27.
triumpho Vrbem invectus est. Ac tum primùm ipse IANI portas, sopitis passim bellis, post CC. an. clausit. Et tum etiam primùm Augustus salutatus est; & summa rerum penes unum esse cœpit, quam Monarchiam vocamus. Id factum VIII. Id. Ianuar. (qui nobis Christianis EPIPHANIA est) ut per omnia venturi CHRISTI gratiâ præparatum Cęsaris imperium comproberur.

Anno insequenti, Imper. AVG. CÆSARE VI: & AGRIPPA II. Coss. Ianus denuò apertus, ob Cantabrorum Asturumque, in Hispaniâ, in Vaccæos, aliosque vicinos irruptionem, bello contra eos suscepto. Illi autem bello fracti & impares, ad voluntariam mortem servitutis metu concurrérunt; & se pænè omnes certatim ferro, igne, veneno, necaverunt. Et tunc secundò per Cæsarem, quartò verò post V. C. clausus est IANVS.

Paullo pòst CLAVDIVS DRVSVS, privignus Cæsaris, Rhætos. aliasque Germanorum genteis, armis subegit; & in his Vsipetes, Tenchtheros, Cattos, Marcomanos, Cheruscos, Suevos, & Sicambros.

* In Africâ Musulanos & Gætulos, COSSVS, dux Cæsaris, intra fines suos coëgit.

Ad eumdem Cæsarem, apud Tarraconem in Hispaniâ, Indorum & Scytharum legati, cum muneribus gentilitijs, accesserunt.

Cantabrico bellu per V. annos acto, & Hispaniâ pacatâ, CÆSAR Romam redijt.

Iisdem annis, ipsius duces & legati, PISO, Vindelicos, Pannones, TIBERIVS privignus, compescuit. Et bello, post Punica, maximo, XV. legionibus, per triennium, Germanos, XL. millib. captis, evastavit.

Sed QVINCTILIVS VARVS, cum III. legionibus, ab ijsdem Germanis rebellantibus, funditus deletus est.

Bosphoranos AGRIPPA superavit: & signa Romana, quæ bello Mithridatico abstulerant, reciperavit.

Parthi quoque, in quos omnis Rom. imperij vigor, ob Crassianam cladem, vertendus iam esset; ultrò signa eo prœlio ablata remiserunt: & obsidibus traditis stabile fedus meruerunt.

752. CÆSAR AVG. cunctis per orbem gentibus unâ pace cõmpositis, iam tertium portas IANI tunc clausit: & ipsę in annos XII. obseratę mansérunt.

Eo itaque anno, quo firmissimam, DEO ordinante, pacem Cæsar composuit. natus est ex Virgine MARIA CHRISTVS DOM. veræ ac solidę pacis auctor. Et quo tempore idem Cæsar, ad quem rerum omnium summa concesserat; Dominum se hominum appellari non passus est, neque ausus; verus totius orbis, & generis humáni DOMINVS inter homines, & in orbe terræ, nasci dignatus: & Romano censui, qui tunc eiusdem Cæsaris iussu per totum orbem agebatur, adscriptus est.

DE VII. ROMANORVM REGIBVS, EORVMQVE REBVS GESTIS. OBSERVATA TEMPORVM ratione, Syntagma.

Non abs re visum est, hanc regum, qui in Latio, in Laurentibus, Lavinij & Albæ regnárunt, cum eorumdem annis, præmittere; ut ea, quæ consecuta sunt, cum prioribus committantur.

I. PICVS, Saturni F.	37. annis	XII. Calpetus,	15.
II. Faunus,	44.	XIII. Tiberinus,	8.
III. Latinus,	44.	XIV. Agrippa,	41.
IV. Æneas Troian.	4.	XV. Alladius,	19.
V. Ascanius,	38.	XVI. Aventinus,	37
VI. Silvius Postumus,	30.	XVII. Procas,	23.
VII. Æneas Silvius,	31.	XVIII. Amulius,	18.
VIII. Latinus,	51.	XIX. Numitor,	2.
IX. Alba,	39.	Cuius 2. anno ROMVLVS Vrbem condidit.	
X. Capetus,	26.		
XI. Capys,	28.		

(Agell. l. 17. c. 21. De Homero & Hesiodo, inter omneis ferè scriptores constitit, ætatem eos egisse, vel ijsdem ferè temporibus; vel Homerum aliquantò antiquiorem. utrumque tamen ante Romam Conditam vixisse, Sylvijs Albæ regnantibus. annis post bellum Troianum, plus c. atque xl. (al. lx.) Ante Romam autem conditam. ann. circiter c. & lx. (al. l.)

At quoniam hanc temporum rationem, ab Vrbis Romæ conditu, per Olympiades instituere, nobis propositum est: scire oportet; primum annum Olympiadum inchoari anno 407. ab exscidio Troiæ, qui, uti nos opinamur & putamus, fuit annus Mundi creati 3177. Inchoantur autem Olympiades ab anno 7. OZIÆ, sive AZARIÆ, regis Iudæ, (ut multis placet) in quem incidit idem, quem dixi, annus ab Orbe Condito. Quibus si adijciantur anni 23. ab Olympiadibus, quando Roma condita est, erant anni ab O. C. 3200. ad Conditum Romæ.

Et quùm Olympiades Solstitio æstivo inchoari soleant; anni quoque eorum ita putandi sunt & digerendi.

ROMÆ CONDITVS.

Romam itaque condi cęptam tradunt ex Ante diem xi. Kalend. Mai. qui dies Natalis, Parilia, sive Palilia, à Pale Deâ Agrestium appellatus.

Anno post excisam Troiam, 432. (al. 430.) Sub finem Olympiadis vi. sive anno 4. eiusdem. duobus circiter mensibus ante Olympiadem vii. Quidam voluére, Olympiadis vii. anno 1. sed qui proximo solstitio mensis Iunij finiri debeat: duobus, paullo plus, mensibus posterius.

Et hanc illi Olympiadum seriem adducunt.

Ante Vrbem Rom. conditam, Olympiades vi. absolutè, hoc est, xxiv. anni expleti.

A Romá conditá, ad Consules, Olympiades Lx. cum dimidiâ. Anni 242. exclusis utrimque extremis describuntur per vii. Reges, qui totidem universè annis imperárunt.

A Consulibus ad IVL. CÆSAREM, Olympiad. cxv. cum dimidiâ. Quæ efficiunt 462. annos.

A IVL. CÆSARE, ad mortem TIBERII (quæ CHRISTI DOM. passi mortem quinquennio pòst consecuta est) Olympiad. xxi. Anni 84. ——— Summ. Olympiad. 203. Anni 812.

Condita est autem Roma, à ROMVLO, & REMO, fratribus geminis, & spurijs, hoc est, incerto patre genitis. filijs Iliæ, sive Rheæ Silviæ, Vestalis. quæ filia erat NVMITORIS, regis Albani, sive Latinorum: quæque ex furtivo concubitu Martis prolem eam tum suscepisse fingebatur.

AMVLIVS, qui fratrem NVMITOREM maiorem natu regno deiecerat; eiusque filiam RHEAM, VESTÆ consecrárat: hos etiam parvulos in profluentem Tiberim abijci iussit. Sed beneficio FAVSTVLI, pastoris regij,

ris regij, servati; & ab eius uxore, (quæ propter publicum corporis sui quæstum, fortè Lupa dicta est) educati. Qui simulatque adolevérunt, casûs sui gnari, collectâ pastorum & convenarum manu, AMVLIVM regno deturbant & obtruncant: NVMITOREM, Avum maternum, restituunt. Ipsi novæ, & imperio Orbis destinatæ, Vrbis, mœnia auguratò moliuntur. Cuius iam cæptæ dum murorum angustias irridet REMVS; saltu, dubium, an iussu fratris! interfectus est; quem regni consortem habere nollet. sive, quòd ille, per contumeliam, muro novos transilijsset.

ROMVLVS SILVIVS, I. ROMANORVM REX; QVI POSTEA QVIRINVS APPELLATVS.

Olymp. Anni ab Vrbe C. Hic regnare cæpit, annos tantùm natus duodeviginti. Regnavit annos XXXVI. menseis II. dies XIX.

Ipse augurio superior Vrbi recèns conditæ nomen dedit. Idem primus, sacra & leges dedit. Senatûs & Equitum ordines legit: plebeique Curias adsignavit. populum universè in III. distribuit parteis, quas Tribus appellavit. Et ut plebem patribus devinciret, Tenuiorum clientelas, patrocinio locupletum commisit. Atque adeò, ne vis consilij expers mole suâ rueret; C. Senatores legit: qui Patres ab honore atque ætate; & eorum progenies, Patricij dicti sunt.

EXTERNA. Sub idem ferè tempus, quùm Monarchia Assyriorum, ad SARDANAPALVM usque stetisset annis, 1330. (al. 1240. aut 1400. aut 1160.) eversa est à Medis: quorum primus rex ARBACES, cui successerit MANDANES.

Sed regnantibus Medis, Assyrij haud multo pòst in Ninive, licet angustiùs, iterùm regnare cœperunt. quorum rex primus, à morte SARDANAPALI, PHVL-BELOCHVS; cui successerit, TEGLAT-PHVL-ASSAR. Babylonijs quoque tum per se, licet angustè, regnantibus.

VII. 4. IV. Sabinæ raptę, hâc ex caussâ. Quùm ROMVLVS imaginem Vrbis magis, quàm Vrbem fecisset; & incolæ deessent: Lucum, qui in propinquo erat (postmodò Capitolium) Asylum, hoc est, receptaculum sacrosanctum, fecit & aperuit. Et statim mira vis hominum, Latini Tuscique pastores; quidam & transmarini; Phryges, qui sub ÆNEA; Arcades, qui sub EVANDRO; influxerant.

Sed res erat unius ætatis: populus Virorum. Itaque matrimonia à finitimis petita, quia non impetrabantur; manu captâ & extortâ. Simulatis quippe ludis equestribus Consualibus, Virgines è viciniâ, Sabinæ, aliæque, quæ ad spectaculum venerant, præda fuére. *Et hæc bellorum caussa.*

Ac primùm quidem à finitimis bellum, Sabinum fuit, quod triennio duravit.

Eodem anno ROMVLVS triumphum primus egit, de Ceninensibus, (al. Cæninis) Crustumineis, & Antemnatibus, Latinorum vicinis. qui atrocis iniuriæ dolore iritati, arma sumserant.

Idemque primus spolia opima IOVI, FERETRIO, retulit, duce hostium, ACRONE, Ceninensium rege, interfecto. Et primum in Capitolio Templum eidem IOVI dedicavit.

IX. 4. IIX. TIT. TATIVM Sabinum, regem sive ducem Sabinorum, (à quo quùm aciem suam fugari videret; IOVI STATORI in foro Templum voverat; & redintegrato prœlio vicissim hostem fuderat) in regni consortium adscivit. Atque ita pax facta, fœdusque percussum. quòd Sabinæ raptæ, ex transverso irrumpentes, & supplices, prœlium, suâ caussâ commissum, diremissent: & Sabini, unà cum rege, Romam commigrâssent, unius inter se civitatis consortes.

TIT. TATIVS, postquam cum ROMVLO regnâsset ann. V. per insidias, an ex æmulatione, occisus est. ROMVLVS tamen civitate in XXX. Curias distributâ, ijs nomina Sabinarum imposuit.

X. 4. XVI. Cameria, quæ & Camerium, vetus Latij urbs, à ROMVLO capta, & Colonia facta. atque ita de Camerinis idem iterùm Kal. Sextilib. triumphavit. Inde, quadriiugum currum æreum Romam deportavit; manubiasque VOLCANO dedicavit, & in eius Templo statuit, cum statuâ triumphali; & Græco rerum à se gestarum elogio.

XI. 1. XVII. Veientes & Fidenates, illi Etrusci; hi Albanorum coloni; non tam spe prædæ, quàm vicinę potentiæ metu, ad arma contra Romanos sumenda, impulsi; à ROMVLO variè victi sunt & repressi. Fidenæ captæ; & Veientes parte agri mulctati. De ijs itáque tandem victor tertium triumphum egit Kal. Octobr. (quadriennio pòst.) & agrum Roman. longè latéque amplificavit.

XVI. 1. XXXVII. ROMVLVS, quùm extra pomærium, apud Capreæ paludem, quæ ante Vrbem est, sive concionem haberet, sive cum Senatu exercitum recenseret; è medio sublatus est. Con-

Olymp. Anni ab Vrb. C. stans opinio est, Nobilium & Senatorum conspiratione, ob asperum eius ingenium, clàm occisum, (in ipso Senatu) & membratim dilectum. Idque accidisse Non. Quinctilib. qui dies ob eum casum dictus. Nonæ Caprotinæ; quæ postea Iunoni sacræ, ducto à Caprifico ibi quadam, nomine. Idemque dies, ob populum subitâ tum cœli tempestate coorta, in fugam dispersum, POPVLI-FVGA appellatus, & Fastis adscriptus est.

Paullo pòst tamen idem ROMVLVS, uti Vrbis conditor, & imperij parens, Divorum numero illatus, & QVIRINVS dictus est. Cuius consecrationis speciem, ortum tunc Solis deliquium; & insolita, quam dixi, cœli tempestas, præbuere.

Anno consequente, Interregnum vicissim apud patres fuit. Quùm autem Patricij à ROMVLO centum lecti essent; ne quis imperij expers esse videretur, Decem decurijs factis, singulisque per singulas decurias creatis, qui summæ rerum præessent; rem ita consociârunt. Vnus cùm insignibus imperij & lictoribus erat. Quinque dierum spatio (al. 50. diebus) imperium finiebatur, ac per omnes in orbem ibat. annuumque intervallum regni fuit. Id ab re, quod nunc tenet nomen. Interregnum appellatum. quod quidem, regiâ etiam potestate sublatâ, permansit sub Consulibus.

XVI. 1. XXXIX. NVMA POMPILIVS, POMPONIS F. SABINVS, II. REX, POPVLI IVSSV ET PATRVM auctoritate. Regnavit XLIII. ann.

Hic licet externus, & Curibus, Sabinorum urbe, natus, ob prudentiam, Iustitiam, doctrinam, aliasque virtutes, ultrò à Romanis ad regnum accitus est, etiam recusans.

Idem, ut Romam, armis nimium ferocem, religione, vel potiùs superstitione, mansuefaceret; simulatis cum Deâ EGERIA nocturnis congressibus, & monitis, Sacra & leges promulgavit; Sacerdotes instituit; cerimonias atque omnem Deorum cultum populum edocuit. Annum in menseis XII. divisit, & Ianuario Februarioque additis, explevit. Dies quosdam fastos; alios nefastos, esse iussit.

Pontifices, Augures, Flamines, Salios, primus creavit, aliosque sacros ordines. omnemque Vrbanam plebem, per conlegia distribuit. Ancilia & Palladium, Arcana quædam Imperij pignora; IANVMQVE GEMINVM, Fidem pacis ac belli: & in primis Focum Vestæ, Virginibus colendum servandumque dedit.

EXTERNA. *Sub hoc rege, SALMAN-ASSAR (qui X. Tribus Israelitarum in captivitatem abduxit) III. & SENNACHERIBVS, IV. & ASSAR-ADDON, V. ex ordine Assyriorum reges in Ninive.*

Et MERODACHVS BALADAN occupat Babyloniam, & in Babylone regni sedem figit. Is MERODACH non immeritò putatur esse NABVCHODONOSOR ille, (lib. Iudith.) qui ARPHAXADDVM regem Medorum, Ecbatanorum conditorem (qui idem est Arteus, sive Deioces, VI. Medorum rex) prœlio vicerit. atque ita occupatâ Asiâ & Ninive, latè regnârit sub nomine regis Babylonij.

XVII. 2. XLII. NVMA rex, pace populo Romano partâ, primus Ianum clusit.

XVII. 4. XLIV. NVMA verò MARCIVS, M. F. & regi gentilis, Pontifex maximus primus.

EXTERNA. *Sub eodem rege NVMA, SIBILLA Samia, quæ HEROPHILE dicebatur, insignis habetur. Fuere & aliæ Sibyllæ diversis & temporibus & orbis partibus, ob insigne Virginitatis, quasi Σιοῦ, hoc est θεοῦ βουλαὶ, DEI consiliatrix, celebratæ.*

XXVII. 2. LXXXI. NVMA POMPILIVS rex mortuus est, octogenario maior. quem funere & luctu publico, insignique monimento populus honoravit.

XXVII. 3. LXXXII. TVLLVS HOSTILIVS, HOSTI F. HOSTIN. REX III. POPVLI IVSSV, ET PATRVM auctoritate. Regnat annis XXXII.

Putatur is annus fuisse XXIV. EZECHIÆ, regis Iudæ.

Huic TVLLO, post aliquantum Patrum Interregnum, in honorem virtutis & gloriæ paternæ, regnum delatum est.

Idem disciplinam militarem formavit: & neglecto religionum cultu, ROMVLVM ipsum ferociâ superavit. IANVM à NVMA rege clusum aperuit. & prolatis imperij Roman. finibus, ex auctoritate Collegij Pontificũ, Vrbis pomœrium produxit, adiecto Cœlio monte.

EXTERNA.

Olymp. Anni ab Vrbe C. EXTERNA, *Eo tempore MERODACH-BALADAN, Asiam & Niniven occupat, quam Medi antea, vel sub Deioce. vel sub Phraorte regibus, vi tenuerant.*

XXIIX. 2. XXCV. TVLLVS, Romanorum iuventute, quæ longinquiore sub NVMA pace & otio torpuerat, iam armis exercitâ; Albanos, gravem & diu principem in Latio populum, provocare ausus est. Sed quùm pars robore frequentibus prœlijs utrique comminueretur, misso in compendium bello, Trigeminis fratribus, hinc Româ HORATIIS; inde Albâ CVRIATIIS, inter se dimicaturis, utriusq; populi fata, utri utris imperarent, commissa sunt. Victoria unius HORATII, qui fratres duos isto duello amiserat; & tres Curiatios, anteà saucios, singillatim solus interfecit; virtute parta est. & Albani, in federe ac fide Romanorum penes quos victoria fuerat, manere iussi.

XXIX. 2. XXCIX. Alba, quæ ab ASCANIO ÆNEÆ F. colonis è Lavinio deductis, (anno post captam Troiam XXXII.) condita; XXX. civitatum Latinarum mater & princeps fuerat, atque adeò Romæ ipsius alumna. & sub XIII. aut eo amplius Regibus, annos CDLXXXVII. steterat; hâc occasione à TVLLO demum regee versa est; & translatis Romam civibus desolata. anno propè D. quàm condita fuerat.

Fidenatibus, qui Veientium, & METII SVFFETII Albanorum ducis, clandestino impulsu, à societate Romanâ, per rebellionem, desciverant; auxilio venere ijdem Veientes: & Romanis vicissim, ex federe priùs pacto, METIVS ille cum Albanorum iuventute. Hic autem in ipso prœlio, non sine notâ proditionis, aciem Romanam deseruit, & in colleis proximos secessit, prœlij eventum exspectaturus. Sed industriâ TVLLI, ars proditoris irrita fuit; & penes Romanum victoria. TVLLVS autem fedifragum METIVM quadrigis in diversa actis illigatum discerpsit: Albamque ipsam, quamvis Vrbis Romæ parentem, attamen æmulam, dirui voluit; quùm prius opes eius omneis, ipsumque populum Romam transtulisset. Atque ita Senatum & Equestrem ordinem, ob novos civeis, primoribus in Patres adlectis, adauxit. & veteres legiones eodem supplemento explevit. Vrbis etiam pomœrium, Cælio monte addito, ampliavit. Curiam Hostiliam ordine aucto, exstruxit. De Albanis denique triumphavit.

XXIX. 1. XC. Fidenateis, iterùm rebelleis, ad inopiam extremam redegit: & captâ deditâve urbe, in fide manere, salvo civitatis statu, iussit. De ijs quoque triumphum egit, & votivas Dijs mactavit victimas.

XXIX. 4. XCI. Cum Sabinis dubio prœlio & æquatâ clade pugnatum.

XXX. 2. XCII. TVLLVS eosdem iterùm ingenti ad Eretum prœlio vicit; & castris etiam expugnatis victor tertiùm triumphavit. quùm in ipso prœlij fervore, ob inclinatam nonnihil Romanorum aciem, SATVRNO atque OPI solenneis ferias vovisset.

EXTERNA. Sub eodem rege, ZALEVCVS apud Locros, in Italiâ Legislator viget. & PHALARIS apud Agrigentinos tyrannus: qui PERILLVM bovi æneo, quem fabricarat, inclusit, & mugire docuit.

Hoc regnante, Nepos CORN. tradit ARCHILOCHVM iam tunc fuisse poëmatis clarum & nobilem. Quem Cic. 1. Tuscul. dicit claruisse sub ROMVLO.

XXXV. 1. CXIII. TVLLVS rex diuturno implicitus morbo, fulmine ictus, incendio absumtus est. Alij, incensâ domo, cum omni familiâ, eum conflagrâsse, insidijs ANCI MARCII. Alij, irâ Numinis & fulmine perijsse, tradunt: quòd non satis ritè, ex NVMÆ disciplinâ, IOVEM elicere, sive IOVI ELICIO sacra facere, (Al. valetudinem malis artibus recuperare) conatus esset.



XXXV. 2. CXIV ANCVS MARCIVS, NVMÆ F. NVMÆ REGIS N. REX IV. IVSSV POPVLI ET PATRVM auctoritate. Regnavit annis XXIV.

Hic anno XXXIII. fuit MANASSES, regis Iudæ, ut quidam colligunt.

ANCVS, NVMÆ regis ex filiâ POMPILIA Nepos, patrem habuit NVMAM MARCIVM, Vrbi Præfectum sub TVLLO rege. Avum verò NVMAM MARCIVM, M. MARCII Sabini F. quem primum Pontificem MAX. NVMA rex creaverat; qui que in regni concertatione cum eodem TVLLO HOSTILIO, superatus, mortem sibi conscivit.

Huius regis, licet à religione, pace, & Avi institutis non abhorreret; bellica virtus egregia fuit. Septem enim bella cum Latinis, & vicinis populis gessisse proditur.

Idem tamen Vrbem legibus, (de Fæcialium præscriptis, qui Sacerdotes iusti belli arbitri erant. Iure & officio) ædificijsque, adornavit. Et pomœrium, prolatis imperij finibus, ex Pontificum auctoritate ampliavit. Aventinum montem & Ianiculum munitum, Vrbi adiecit: & interfluentem Tiberim ponte sublicio commisit. Carcerem in mediâ

Olymp. Anni ab Vrb. C. urbe, imminentem foro, ædificavit: Ostiam, in ipso maris fluminisque confinio, coloniam duxit.

EXTERNA. BEN-MERODACHVS II. à Monarchatu, Assyriæ, Babylonis & Chaldæorum rex.

THALES quoque Milesius insignis philosophus claret.

CYAXARES, Medorum rex adversus Assyrios dimicans, Ninum civitatem cepit; postquam Scythas, qui iam XXVIII. ann. totius Asiæ imperium, pulsis ex Europâ Cimmerijs, obtinuerant; sub specie hospitij, interemisset. Sic Medi, Nino expugnatâ, Assyrios etiam, præter Babylonia partem, subegerunt, imperiumq; receperunt.

XXXVI. 1. CXVII. Bellum ab ANCO adversus Latinos gestum, quod triennium perduravit, non sine gentis & multorum opidorum clade. Inde multa Latinorum millia in civitatem adscita.

Anni incerti. Deinde Fidenates rebellantes subacti. posteà Sabini. postremò Veientes bis victi. Et captis hostium castris, triumphali pompâ ANCVS victor per urbem ad Deorum templa invectus est. Silvâ Mæsiâ hostibus ademtâ, ad mare usque. Romanum imperium propagavit.

Idem Volscos adgressus, Velitris obsessis, eos ad deditionem fedusque compulit.

XXXVI. 4. CXX. Post Volscos devictos, alterum bellum cum Sabinis fuit. de quibus, cruento prœlio victis, & castris suis exutis, triumphavit.

XXXIIX. 1 CXXVII. Ostia, de quâ sup. condita est; futura maritimum hospitium mercium & opum exoticarum. Et rex ANCVS, è suis Salinis, quas ibi fecerat, primus populo congiarium dedit, Salis modios sexies mille.

XLI. 1. CXXXVII Illum perijsse volunt, alij violentâ morte; alij morbo.

EXTERNA. Eo tempore apud Iudæos IOSIAS rex, EZECHIÆ Nepos, populareis ad avitam pietatem sedulò revocare conatus est. In prœlio. quod adversus NECHAON, Ægyptiorum regem, in Assyrios moventem, susceperat; re temere gestâ, sauciatus, & paucis pòst diebus ex eo vulnere mortuus est.

XLI. 2. CXXXIIX. LVCIVS TARQVINIVS, DAMARATI F. QVI POSTEA PRISCVS APPELLATVS, REX V. POPVLI IVSSV, ET PATRVM AVCTORITATE. REGN. annis XXXVII. aut XXXIIX.

Hic Transmarinæ originis è Græciâ, DAMARATI Corinthij F. qui ob CYPSELI tyrannidem, & seditiones domo profugus, Tarquinijs in Etruriâ forte consederat. Eius filius maior, LVCVMO anteà dictus, divitijs paternis potens, Romam commigravit, quæ tum peregrinos lubenter amplexabatur: Ibique TARQVINIVS PRISCVS appellari voluit. Ipsi Romam carpento proficiscenti, quùm ad Ianiculum Aquila pileum de capite deripuisset, & mòx reposuisset; TANAQVIL uxor, summo loco nata, & cœlestium prodigiorum perita, regnum haud dubium est augurata.

Virum itaque mòx conspicuum fecére, cùm divitiæ insignes; tum Græcum ingenium, Italicis artibus excultum, & morum elegantiâ. Quibus rebus effectum, ut non modò in Senatum, atque inter Patricios sit adlectus; sed etiam ob familiaris cum ANCO rege amicitiæ iura, & spectatam in rebus gerendis dexteritatem, eiusdem liberis Tutor testamento institutus. ac postremò regnum ultrò petens, ablegatis venatum, Interregni tempore, pupillis, magno consensu populi patrumque, comitijs ab Interrege habitis, rex sit declaratus.

Idem sui confirmandi caussâ, Senatûs & Equestris ordinis numerum auxit. Centum scilicet in Patres legit, qui deinde minorum gentium sunt appellati. factio haud dubia regis, cuius beneficio in Curiam venerant. Itaque CCC. Senatores ab eo tempore esse cæpérunt. Et Equites Centurijs III. aucti, sub priscis nominibus, Rhamnensium, Lucerum, & Tatiensium.

Imperij insignia atque ornamenta triūphalia; Coronam auream, Togam purpuream pictam sive Trabeam, sceptrum, ab Etruscis; (qui opibus fractis principatum ultrò detulerant) rettulit posteà, & usurpavit. Circum maximum, inter Aventinum & Palatinum; ex hostium manubijs fecit; & ludos Romanos Circenseis instituit.

In eodem rege, tria præcipuè regię personæ ornamenta emicuerunt; in consilijs prudentia, in bello audacia, in victoriâ moderatio ac clementia.

XLIV. 2. CL. Bellum primùm cum Latinis gessit. Apiolas, opidum non ignobile, cepit: & arma circumferendo singulis opidis vel captis, vel ad deditionem adactis, omne Latinum nomen diuturno bello edomuit.

Postremò, Latini reliqui, exercitu opidatim conflato, accitis Etruscorum & Sabinorum auxilijs.

Olymp. Anni ab Vrb. C. auxilijs, dum extremam Martis aleam tentant; duobus prœlijs magnis à TARQVINIO victi, & pacem petere coacti sunt. Victor Romanus, opulentis hostium castris, prædâque immensâ ditatus pacem fessis concessit, atque fedus reddidit. Inde de L[illegible]nis ex triumphû egit, & ex Manubijs ludos instructissimos fecit. Atque tum demum Circo Maximo primus locus designatus est, ludique Romani instituti: & forum Romanum tabernis; porticibus atque ædificijs exornari cæptum.

XLVI. 2. CLVII. Bellum Etruscum primum. Duodecim namque Etruriæ populos (initio belli, per eos, qui Latinis Sabinisque auxilia dederant, orto) maximis sæpe cladibus TARQVINIUS adfecit. Id bellum per IX. annos continenter ductum est, vincente plerumque Romano, dum tandem ingenti conflictu, in agro Sabino, ad Eretum Vrbem, florentissimarum Etruriæ civitatum vires deletæ sunt. & TARQVINIUS speciosissimum de ijs egit triumphum. Victi pacem petivére, & impetrárunt: atque in amicitiam recepti ipsum TARQVINIUM principem Etruscæ gentis declarárunt, regioque ornatu donavérunt: coronâ scilicet aureâ, sceptro, sellâ eburnâ, togâ pictâ & palmatâ, paludamento & trabeâ curuli, annulis & Phaleris; & XII. pro numero civitatum, fascibus.

XLVII. 4. CLX. Iis cum ornamentis, & curru quadriiugo aurato, rex ipse ambitiosissimè triumphavit.

EXTERN. Sub idem tempus, bellum inter ALYATTEM regem Lydorum, patrem CROESI; & ASTYAGEM Medum, avum maternum CYRI. Hic ASTYAGES, CYAXARIS, regis Medorum F. PHRAORTIS N. recèns natum ex MANDANE filiá, & CAMBYSE Persá, puerulum, qui CYRUS dictus est; exstingui & necari iusserat; visis & somnijs quibusdam territus. quasi ille adultior ipsum avum regno esset exturbaturus. Quod nihilo minus, puero servato, & ad ætatem iam virilem provecto, evénit.

NABVCHODONOSOR Magnus, NABONASSARI (al. NABAL-ASSARI.) F. paullo-pòst latè dominari capit.

(Agell. l. 17. c. 21. SOLONEM, inquit, accepimus unum, ex illo nobili numero Sapientum, leges scripsisse Atheniensibus, TARQVINIO PRISCO Roma regnante, anno regni eius 33)

XLIX. 2. CLXXI. Bellum, quod cum Sabinis aliquot prœlijs depugnatum est, quinquennio duravit Fatigatis & petentibus pax data, agro Collatino, cum opido, ademto. Eo bello confecto, tertiùm triumphans Vrbem ingressus est TARQVINIUS, Idib. Sextilib.

Ad eumdem Sibylla Cumana carminum libros attulisse dicitur.

Vide Agell. l. 1. c. 9. Alij filio SUPERBO id attribuunt. *Vide sub AVGVSTO.* Sublat undique belli terroribus, Rex TARQUIN. Vrbem muro lapideo cingere instituerat. (quadratis saxis, quorum singula iustum plaustri onus æquarent.) Interiectas collibus convalleis, & loca stagnantia, cloacis è fastigio in Tiberim subter terram ductis exsiccat. (Quod unum ex III. Romæ magnificentissimis operibus, propter sumtus atque utilitates, deinceps habitum est.) Aream Templi amplissimi fundamentis occupat in Capitolio; quod bello Latino ipse, IOVI, IUNONI, & MINERVÆ voverat. Morte præventus, vixdum fundamenta absolvere potuit.

L. 1. CLXXIV. Ipse iam octogenarius occisus est, insidijs filiorum ANCI regis, domi suæ, circumventus. Ex II. filijs. L. SUPERBUS ultimus Romm. rex fuit. filiarum unam SERVIO TULLIO, qui in regnum successit; alteram M. IUNIO BRUTO, Patriciorum clariss. & BRUTI, regum exactoris, patri, nuptum elocavit.



L. 2 (al. 3. vel 4.) CLXXV.

SERV. TULLIUS, SER. F. REX VI. PRIMUS INIUSSU POPULI, ET SINE PATRUM AUCTORITATE.

REGNAVIT XLIV. ANNOS.

Hic OCRISTA matre, captivâ & servâ natus, patre principe viro, in Corniculi expugnatione occiso, & inde CORNICULANI cognomen adepto: Interfecto TARQUINIO, confestim, sine interregno, uti gener socero, successit; TANAQUILIS socrûs astu & favore admissus ad regni gubernacula.

Illa regem modò ægrum in vulgus falsò divulgárat: & Senatui, ut operâ vicariâ administrari interim, dum rex convalesceret, per TULLIUM pateretur, persuaserat.

TULLIUS itaque, publicatâ demùm regis morte, præsidio firmo iam munitus, iniussu populi; sed, ut LIVIUS ait, voluntate Patrum, sive connivente Senatu, regnare cæpit. postea tamen consensum populi, agrariâ largitione partum; & lege firmatum, secuta est Patrum auctoritas; quibus suspectum & invisum eum fecerat popularis illa largitio.

Idem Vrbem in Tribus divisit: Ludos compitalitios condidit, Censum instituit, & Lustrum primus fecit; ut quincto quoque anno populus Rom. censeretur.

Pondera & mensuras ordinavit. Æreum nummum primus percussit. Murum Vrbis à PRISCO rege inchoatum perfecit; & pomœrium protulit Quirinali, Viminali & Exqui-

Olymp. Anni ab Vrb. C. lino montibus Vrbi adiunctis. Hic itaque conditor fuit omnis in civitate discriminis, ordinumque, quibus inter se dignitatis gradus ac fortunæ distant.

Censu certè res fuit longè saluberrima Imperio. ex quo belli pacisque munia, onera que, non iam viritim, ut anteà, sed pro modo fortunarum cuiusque fierent.

Et idem ille primo censu omnia civium, tam intra quàm extra Vrbem; omnia patrimonij, dignitatis, ætatis, artium, officiorumque discrimina, in publicas tabulas redegit: quæ Censoriæ deinde sunt appellatæ, & in atrio LIBERTATIS servari solitæ.

VI. itàque classeis constituit, quæ simul omnes CXCIII. Centurias continebant. Prima autem classis maximi erat census, ex ijs, qui non minùs quàm centum millia æris in bonis haberent; & hi Censi dicebantur; & Classici, qui ampliùs possidebant. Infrà classem dicebantur, qui in secundâ alijsve, minore summâ, quàm dictum est, censebantur.

Secunda classis, eorum, qui non minus LXXV. æris mill. haberent. Tertiæ, L. millium census erat. Quarta XXV. millibus: & Quinta, XI. millib. censebatur.

Reliqua civium multitudo, quibus minor, quàm XI. millium census esset, in unam centuriam coniecta est, quæ Sexta classis appellabatur; quæque proletarios, & Capite censos comprehendebat.

Ita ditissimi quique, ut maioribus belli sumptibus, ita & pluribus potentiæ in rep. & honorum ornamentis adfecti fuere: Centuriatorum comitiorum ratione; quibus bella, paces, federa, leges iubebantur; magistratus creabantur; & maximæ quæque res decernebatur. Quùm priùs populus per Curias vocatus eâdem vi, eodemq; iure suffragia daret.

Sed TULLIUS gradus ordinum fieri; per classeis centuriasque comitia haberi, & suffragia populum ferre instit. ut non exclusus suffragio quisquam videretur; sed vis omnis penes ditiores primoresque civitatis esset. Certum namque est Equites Senatoresque in primâ classe censeri, & suffragia dare solitos. Neque enim Eques esse poterat, qui CD. Sestertiûm millia non possideret; neque Senator, qui non DCCC. mill.

SERVIUS grave & diuturnum bellum, initio regni sui, cum Veientibus alijsque Etruscis gessit, quod XX. annis duràsse narratur. & III. ex eo bello clarissimis triumphis rex honoratus est. omneisque Etruscos vel invitos ad pristinum imperij iugum retraxit, vel novo federe devinxit.

LII. 4. CXXCII. Primum triumphum egit VI. Kal. Decemb.

LIII. 2. CXXCVI. Alterum Kal. Iun. Et paullo-pòst; Tertium.

Anno proximo, Ludi Compitalitij primùm facti.

Eodem anno SERVIUS rex primus censum egit; & lustrum fecit, sive condidit, primum. Censu namque primo peracto, edixerat, ut omnes cives Romani, equites peditesque armati, in suis quisque centurijs, primâ luce, in campo Martio adessent. Exercitum itaque ibi instructum Suovetaurilibus sacris lustravit.

Proditum est primâ istâ censurâ censa fuisse LXXXIV. millia civium, cum his, qui in agro erant.

LVI. 1. CXCII. Alterum lustrum fecit.

LVI. 2. CXCVII. Lustrum Tertium.

LVII. 3. CCII. Lustrum Quartum & postremum.

Idem SERVIUS Vrbi ampliandæ, pro hominum censu, duos colleis, Viminalem & Esquilinum adiecit; ibique domicilia fieri iussit: ipse que in Exquilijs habitavit. Atque ita VII. colleis uno muro complexus, pomærium auspicatò produxit.

Atque alio rursùs modo, populum agrumque Roman. partitus est: non pro ratione censûs aut bonorum cuiusque; sed habitationis & locorum. Vrbem enim in IV. parteis divisit. & omnem Vrbanam multitudinem in IV. Tribus digessit, quas à locis, Palatinam, Collinam, Suburranam, & Esquilinam nominavit. Quibus partibus singulos Tribunos præposuit.

Sic item agrum universum Romanum extra Vrbem in suas regiones divisit; quas item Tribus nominavit. Eæque XXVI. fuisse traduntur: ut cum IV. urbanis, XXX. simul Tribus essent.

Idem rex varias & reip. salutareis leges tulit; De censu profitendo; De civium numero annuatim in Tabulas referendo; De parentum reverentiâ & immunitate; De Libertinorum civitate; De libertate civium; & alias infinitas de Contractibus & privatis iniurijs.

Federa insuper æqua; legesque & Romano, & Latinis consanguineis populis, communeis, pacis conservandæ causâ, conscripsit, & æreæ columnæ incidit. Templum insuper his commune in Aventino, collatis utrimque pecunijs, DIANÆ consecravit; & solenne sacrificium, conventumque celebrem, & ferias instituit.

EXTERNA. Circiter Olymp. LV. an. I. CYRUS recepit Persiam, regnum hereditarium patriæ. Qui fuisse putatur annus Captivit. Babylon. III.

Idem Olymp. LIIX. an. I. qui ab V.C. 207. Cepit Sardeis, urbē Lydiæ, & Crœsum regno spoliavit.

EVVIL-MERODACH, qui nonnullis BALT-ASSAR, ultimus Babylonia rex, regn. ann. III.

Cui per

Olymp. Anni ab Vrb. C. *Cui per DARIVM MEDVM & CYRVM Persam, regnum ademtum, subactâ Babyloniâ.*

LXI. 4. CCXIX. TVLLIVS rex ante Curiam ipsam occisus est; immissis à TARQVINIO genero, qui successit, & tyrannidem occupavit percussoribus.

(Agell. l. 17. c. 21. Servio Tullio regnante, Pisistratus Athenis tyrannus fuit, Solone antè in Exilium voluntarium profecto; quoniam id ei prædicenti non creditum est.)

L. TARQVINIVS, L. F. DAMARATI N. QVI POSTEA EX FACTIS SVPERBVS, REX VII. ET VLTIMVS.

Iniussu populi, & sine Patrum auctoritate. Regnavit ann. XXV. (al. XXXV.)

EXTERNA. In primum huius TARQVINII annum incidit initium Monarchiæ Persarum, à CYRO. Is ASTYAGEM avum, postremum Medorum regem, à quo ipse infans fuerat expositus, bello petijt; sed debellatum in honore habuit. Sic Medorum imperium, quod ann. circiter CCCL. steterat, ad Persas transijt. CYRVS longè lateq; propagato imperio, quùm annos XXX. regnâsset, victus à Scythis, obijt, CAMBYSE F. herede imperij relicto.

TARQVINIVS verò, regnum, quod occiso rege SERVIO, socero, per summum scelus invaserat, per summam etiam libidinem sine legibus exercuit. Hinc, & quòd regem socerum sepulturâ prohibuisset, SVPERBI cognomen tulit. Primores è Senatu sibi suspectos è medio sustulit, aut exilio multavit. Satellitio armato latus sepsit. Latinos sibi conciliavit, ut peregrinis opibus tutior inter cives esset. Nobilitate vel pulsâ, vel in ordinem redactâ, plebem gravibus tributis exhaurit, & summâ servitute adfligit.

Primus Romæ exsilia, metalla, latomias, carenas, ad pœnas usurpavit. Et quùm iam domi sævitiam fatigâsset, tandem in hosteis conversus est.

LXII. 4. CCXXIV. Primus Volscis bellum intulit: quod semel motum per ducentos ampliùs annos deinceps perduravit.

Illis prœlio victis, Suessam Pometiam, florentissimam tum eorum urbem, vi cepit & in prædam vertit. Auri, argentique inde collecti decimas, ad Templi Capitolini fabricam servavit. Subactis itaque victoriâ istâ, & triumphatis Volscis, in eorum urbeis, Signiam & Circeios, deduxit colonias. Gabios strategemate & astu per filium intercepit.

LXIII. 4. CCXXVII Sabinos, imperium detrectanteis, & in Romanum agrum incursanteis, bis terve prœlio superavit. & non modò ad pacem, sed ad tributa etiam in posterum pendenda, compulit: deque ijs triumphavit.

Idem rex ex tam luculentis hostium manubijs, ex Suessæ Pometiæ & Gabiorum prędâ, Templum in Capitolio à fundamentis, operâ & viribus plebis iam ad egestatem redactæ, exstruere: Circum Maximum, qui tum præter Gradus nihil habebat, tectis porticibus circumdare: cloacas, à patre inchoatas, usque ad flu. perducere, adgressus est. Quùmque altiùs fundamenta Templi moliretur; caput humanum recens in ijs repertum est, unde Capitolio nomen, magni imperij præsagium. Sed hæc sub finem regni, anno ab V. C. CCXLIV. & Olymp. LXIIX. anno I. acta videntur.

Idem, quùm Latini nominis populos, sibi, per principes in ijs viros, conciliâsset; fœdus cum ijsdem renovavit, habito ad lucum FERENTINÆ conventu. ibique Latinorum princeps appellatus est, eâ, quâ pater PRISCVS, & SER. TVLLIVS, potestate.

Voluit vicissim, ut sacrorum caussâ, quotannis semel in montem Albanum convenirent; & IOVI LATIALI sacra facerent: Ferias ipsi ac mercatus utrimque celebrarent, & unà epularentur. Quod Solenne, Latiar, & Feriæ Latinæ sunt appellatæ. quodque ad extrema Rom. reip. in usu fuit. Idem libros oraculorum Sibullinos, reip. comparatos, & ab anu quâdam peregrinâ atque ignotâ (quæ Sibylla Cumæa, AMALTHEA; alijs DEMOPHILE vel HEROPHILE, existimata est) emtos, religiosè servari, & Duûm-virû (al. XV. Virû) custodiæ committi iussit.

Ii libri póstea, intellectâ eorum religione & fructu, ceu sacratissima Imperij pignora, ex S.C. publicè, in Iovis Capitolini sacrario, in arcâ lapideâ, conditi fuére. & non nisi ex S. C. inspecti, sive consulti.

EXTERNA. (Agell. l. 17. c. 21. PYTHAGORAS Samius, inquit, in Italiam venit, TARQVINII F. regnum obtinente, cui cognomentum SVPERBVS fuit. Iisdemq; temporibus occisus est Athenis ab HARMODIO & ARISTOGITONE, Hipparchus Pisistrati F. Hippiæ tyranni frater.)

LXIIX. I. CCXLIV. Ex A. D. VI. Kal. Martij (al. ad. d. IX. Kal. Iunj) L. TARQVINIVS SVPERBVS, Vrbe & regno exactus est: populique Rom. libertas adserta. qui dies Regifugium appellatus est. hac occasione.

Omnium pænè civium animis, ob diuturnam, & immoderatam regis, liberorumque eius, su-

eius, ſuperbiam & crudelitatem; ad libertatem, ſive regij iugi depulſionem adſpirantibus, & arrectis; hæc tandem diu expetita mutandæ reip. & in libertatem adſerendæ, oblata eſt opportunitas.

Intereà dum Ardeam rex diutulè obſideret, SEXTVS TARQVINIVS, maior ex liberis regijs, honeſtiſſimæ matronæ LVCRETIÆ vi ſtuprum intulit. & hæc eadem in mariti, parentis, amicorumque conſpectu, dedecus ferro expiavit.

Tum populus Romanus ſeriò de libertate cogitare. Collatiæ, ubi facinus fuerat perpetratum, L. IVNIO BRVTO, Tribuno Celerum, duce, arma adversùs tyrannum capta. Romæ omnium ordinum conſenſu, comitijs habitis, imperium illegitimum tyranno, qui Ardeam tunc obſidebat, abrogatum. Ipſe rex cum coniuge & liberis exſulare iuſſi, quo ſuprà dictum die.

Regnatum Romæ fuit à VII. Regibus, per annos CCLIII. aut IV. Inde, bini quotannis Conſules creari cœpti. Primi autem L. IVNIVS BRVTVS, & TARQVINIVS COLLATINVS. Sed huic, propter TARQVINII nominis & gentis invidiam, abdicare coacto, P. VALERIVS POPLICOLA mòx ſubrogatus eſt.

IIDEM REGES, ET REGNORVM ANNI, EX NVPERA PETAVII SVPputatione.

I. Romulus, regn. 38. ann. Inijt anno O. C. 3231. Anno Olymp. VII. primo. Ab V. C. I.

Interregnum unius anni.

II. Numa Pompilius, 43. Anno V. C. 3270. Olympiadis XVI. anno 3. Ab V.C. 40.

III. Tullus Hoſtilius, 32. Anno O. C. 3313. Olympiadis XXVII. anno 2. Vrb. C. 83,

IV. Ancus Martius, 24. Anno O. C. 3345. Olympiadis XXXVI. ſecundo. Vrb. C. 115.

V. Tarquinius Priſcus, 38. Anno O. C. 3369. Olympiadis LXI: 2. Vrb. C. 139.

VI. Servius Tullius; 44. Anno O. C. 3407. Olympiadis L. quarto. Vrbis Conditæ 177.

VII. Tarquinius Superbus, 24. Anno O. C. 3451. Olympiadis LXI. quarto. Vrb. C. 221.

Regifugium anno O. C. 3475. Olympiadis LXVII. 4. Vrb. C. 245.
Regnatum Romæ ann. ſolidis 244.

Conciliet curioſus Lector.

Τῷ θεῷ ἀριστομεγίστῳ δόξα.



ORATIO I.

DE MARDOCHÆI, QVI REGINÆ ESTHERÆ PATRVVS; PIETATE, ET LAVDABILI ADVERSVS AMANEM THEOMACHVM, CONSTANTIA.

(*Vide pag 439. Tomi I. Histor. Vniversæ.*)



VM tantam sæculo hoc nostro morum iudiciorumque improbitatem increbescere,& longinquo intestini istius apud nos belli tractu paullatim iam inveterasse perspicimus; ut non religio solum, castus ille Divini Numinis metus; sed virtutes etiam cæteræ, quibus ipsa hominum inter se societas devinciri & contineri amat; collabascere,penitusque extingui; atque adeò vel rectæ cuidam impietati, vel personatis vitiorum monstris, locum concessisse videantur. tum, quoniam huius tam perversi & infelicis sæculi filij regnum quodammodo obtinere;& prudentiâ suâ, quæ veteratoria & puta pura calliditas est, filios lucis,in quibus aliquanta saltim antiquæ pietatis & fidei, rectæque simplicitatis scintilla adhæsit; longè superare & antistare vulgò iudicantur. Atque ita ipsi quidem divitijs honoribusque abundant, in summis delitijs vivunt, & secundissimâ fortunâ utuntur: Hi verò contrà, paupertate premuntur; ignominiâ vel exsilio multantur; in tenebris denique & luctu, omni acerbitatum genere vexati, vitam trahunt. Quis consectarium esse non videat, ut illi impunè dominantes, nullum flagitijs, quorum sibi conscij sunt tamen, supplicium debéri aut manere existiment; hi probitati & virtuti suæ nullam exsolvi mercedem quiritentur? Atque inde vel omnem rerum humanarum procurationem DEO adimant: vel, ut supera & cœlestia mente & consilio præpotentis Numinis regi fateantur; hæc certè inferiora sine ullo Rectore incertis fortunæ casibus agitari suspicentur. Hinc illæ passim, in aulis Regum, in Collegijs, in Congressibus, quà privatim, quà publicè, Machiavellistarum, Politicorum, & humanæ prudentiæ specie sese iactantium factiones, hæreli pænè quàvis perniciosiores. ut nisi quis salutaribus Divinæ Sapientiæ præceptis & exemplis, adversus quoslibet fortunæ casus, & blandæ pellaciæ præstigias, animum munitum habeat & confirmatum; omniaque pietate & virtute inferiora ducat; fluctuare subinde sit necesse. Et, vel invitus, obiecto ignominiæ, paupertatis, aliorumve vitæ incommodorum terrore, in partes transeat; hoc est, vix tandem Genij illius impostoris mancipium, & inspectricis omnium providentiæ evasisse transfuga, ingenuiscat.

Quæ ratio me in præsentia impulit, ut quæstionem gravissimam certè ac pulcerrimam, huic meæ, quàm paucis attigi & exposui, querelæ convenientem, planeque ad finem, tractare non defugerim. In quâ ut mirificum periculosæ pij hominis cum impio nebulone contentionis; & generosi quarumvis acerbitatum, præ iustitiâ & pietate, contemtûs exemplum; ita inusitatum Divinæ sapientiæ, sive providentiæ, cum in eodem pio gloriosè extollendo; tum in impio ignominiosè deijciendo; specimen elucescat.

Concurrent hic duo scilicet ingenti magnitudine, sed dispari longè conditione, Dracones: & prœlio inter se, sed disparibus longè armis, decertabunt. quorum immentis utriusque clamoribus concitatæ quidem gentes iustos pugnâ lacessere, & calamitatibus mortisque terrore obruere tentabunt. hi verò sublatis ad Deum suspirijs vociferantes; & incendium, quod ipsorum capitibus imminebat, fonticulo ubertim exundante, restinguent; & tenebris orto sole dissipatis, qui ceu attoniti antè humi atque in sordibus iacebant: Veioves illos inclytos,& ex alto sibi incumbenteis mordicùs devotabunt.

Institui itaque in præsens, constantissimi illius; & priorum Hebrææ gentis procerum, (quos quidem geminâ,ex resectis Tartarei Draconis, lectissimæ mulieri illi iâ gravidæ usque inhiantis,capitibus, victoriâ

Sermo

Sermo divinus olim nobilitavit, nulli secundi, Herois, MARDOCHÆI facinus memorabile, sive generosam indomitamque animi, in venerationē AMANI, omnium, quotquot umquam fuere, hominum sceleratissimo, ita superbissimo recusandā; pervicaciam non modò extra omnem fastus & vel sæ pertinaciæ, atque adeo imprudentiæ culpam ponere; verumetiam eamdem cum civili modestiæ honestati, & religiosæ pietati fuisse consentaneam, demonstrare.

Sed ne quid in hâc tam late patente caussâ exerrē; aut vos longiùs ab Instituto abrepti fomto a tentionis favore dicēem destituatis, certos orationi nostræ, intra quos decurrat, limites ipse circumscribam. Vt primò quidem, quæ huiusce in AMANE isto auctoritatis regiæq; gratiæ fuerint initia; ut sese ad ... voluerit. Deinde, quibus inductus rationibus præfractè, & quidem laudabiliter, id facere recusarit MARDOCHÆUS; & ne simulate quidem, licet certum exinde toti Iudæorum nationi impenderet periculum, præstare voluerit; explicemus. Postremò, ex vario AMANIS & MARDOCHÆI eventu, & admirabili rerum conversione; iure, nec sine DEI OPT. MAX. numine, & adprobatione id honoris impio homini negatum, colligamus & comprobemus.

Vt igitur de eo, quod primum propofuimus, strictim dicere adgrediamur; Quis eâ tempestate rerum Persicarum status, quo ingenio Rex; quibus artibus in Regis gratiam insinuātit, & eam ad gloriam grassatus sit AMAN, ut supremum illius communis cum Rege adorationis ius sibi ausus sit vindicare, in primis considerandum esse videtur.

Persarum imperium, quod alterum ab Assyrio, seu Babylonio, CYRUS singulari animi moderatione & prudentiâ egregius Heros, è regnis Mediæ, Chaldææ, & Assyriæ, anteà distractis; & potissimâ Orientis portione, in unum legitimi principatus corpus denuò coeunte, conflârat & fundârat; & iam ducentis pænè annis in summâ opum potentiæque gloriâ steterat, licet nullâ sui parte magnoperè adhuc imminutum: atque adeò ab Indiâ ad Æthiopiam usque, per septem & viginti supra centum, Satrapias protensum: dum nihilo minus posteri eiusdem stirpis principes à contestatâ maiorum suorum virtute paullatim degenerant; & regiæ gloriæ decus solâ imperij magnitudine metientes pudoris & honestatis, iustitiæ & pietatis obliti, in omne flagitiorum genus sese ingurgitant; atque in Tyrannos, lubidin. ac crudelitate immaneis, evadunt; Iam ultorem DEUM, (qui regna ab improbis ad meliores solenniter transferre amat) meritò exspectare. Iam ad externi principis (qui & honestâ legum disciplinâ, & moderatiore armorum felicitate longè præstaret) sceptra inclinare; sive, quod sacris Vatum oraculis erat præsignificatum; *Aries ab Hirco caprarum duce*, reformidare sibi incipiebat. Et huius præcipuè ASSUERI (de quo nobis dicendum est) sævitiâ, profusione, desidiâ, & supinâ rerum gerendarum impenitiâ, ita labefactari; ut iam nunc facilè, & levi momento, ab AMANE, ad gubernacula sedente, impellendum esse censeretur. nisi ESTHERÆ & MARDOCHÆI, Iudæorum, prudentiâ & moderatione fuisset aliquousque sustentatum.

Hic scilicet ARTAXERXES ille est, OCHUS cognomine, MNEMONIS F. qui simulatque regnum adijt, regiam, vixdum morte patris vacuam; & recens promiscuis DARII, designati vivo patre regis, & aliorum quinquaginta fratrum, omnium parricidij reorum, præter coniuges & liberos, suppliciis & sanguine funestatam; novâ cognatorum cæde & principum strage ita complevit; ut nullâ neque necessitudinis, neque sexûs, neque ætatis misericordiâ permoveretur.

Hic profusissimus, & quidam veluti nepotum omnium altissimus gurges, & vanissimus regiarum opum ostentator; tam immanibus adparatibus, & tam diuturnis conviviorum celebritatibus; tantâ subitarij peristylij, & Adoniorum hortorum amœnitate, aulæorum varietate, gemmato pavimentorum nitore, vasorum emblematumque elegantiâ, immensâ auri argentique copiâ, potionis ciborumque lautitie (ut omnia somnio, quàm veritati propiora censeri possint) sui regni in Susis auspicia consecravit.

Hic non contentus omnē gazę suę splendorem pręcellentibus Satrapis, iuxta atque minoris notæ subiectis civibus ambitiosissimè ostentâsse; mox etiam præter regię dignitatis decus, legesque patrias, ebrius, reconditissimum illum thori genialis & iugalis thesaurum, palam efferre, & petulantibus promiscuę multitudinis, & convivarum oculis exponere furit; an prostituere! Hic Reginam, dico, quę pari convivij magnificentiâ matronas, & loco quidem secluso, exceperat; quæ insolens sui spectaculum, licet sępius atque iterùm iussa & arcessita præbere abnuebat: & eò se laudabiliorem, quo in legum patriarum pudorisque naturalis custodia esset constantior, habitum iri sperabat: barbarâ irâ inflammatus repudiavit. Hic decretum, ex conviviali Epulonum, Septemvirûm Sapientum, si Dijs placet, sententiâ (quo & hâc sui stultitiam omnibus palam faceret; & mulieres in ordinem redactas, quantumvis inhonestis virorum imperijs obtemperare compelleret) longè latèque promulgandum, & in publica civitatium tabularia referendum imperavit. Hic, ad leniendum scilicet coniugis, tantâ cum indignitate reiectæ, desiderium; acerbum, nec sine molestâ provincialibus generatim omnibus conquisitione, Virginum, formæ venustate præstantium, delectum haberi iussit: quæ suam quæque vicem, indomitam lascivi illius lubidinem exsatiarent. Vt verè è veteribus tum quispiam dixisse iudicetur; *Persici regis vireis, vim esse auri, luxum & mulieres: cetera, fastum & minas.*

Et abruptis certè semel pudoris atque honesti repagulis, quò non prorumpat effrenata præpotentium principum audacia! Hinc illa sui, & humanę imbecillitatis, oblivio, hinc illi Deorum honores, quibus à suis exteris que coli ijdem examinant. hinc illę aulicorum adulatorum, fanę in regibus mentis naufragiorum præstigiæ, eos vel supra Deos venerantium. Hinc crudelissimæ illæ in libera hominum, tam abiectam servitutem detestantium, capita animadversiones.

Ecquam prudentiæ scintillam in tam depravato istiusmodi principis animo reliquam fuisse putem ...

ut in consilij regiminisque publici partem prudenteis fidosque administros, sibi adsciscetet? Qui nisi adsint; non modò regni iam-tum, ut diximus, nutantis, & sub imprudente gubernatore fluctuantis, miserrimum naufragium mòx consequatur necesse est; sed regis etiam ipsius utcumque se sacrosanctum, & Dijs proximum, aut æqualem existimet, vita, non hostium dico, sed domesticorum etiam insidijs assiduè sit obnoxia. Quod ipse mox reapse compertus est.

Iam ille ESTHERAM, Iudæam genere puellam, MARDOCHÆI patruelem, è sexcentis pænè Virginibus eximiam, & formæ morumque venustate excellentem, non modò in contubernium admiserat; sed solennibus etiam sibi legitimi mat imonij & diad matis regij cerimonijs, ritè uxorem Reginamque coniunxerat. Iam MARDOCHÆVS, tum veteri chancelaris beneficij iure, & primariæ inter Iudæos dignitatis ac nobilitatis prærogativa; tum recente etiam, licet in præsens occultiore, regis adfinitate fretus, unà cum amplissimis Megistanibus, satellitijque præfectis, ad Reginæ vestibulum, ceu Palatinus assiduus, quotidie ventitabat: Quùm ecce, Eunuchi duo, BAGATHANVS & THARES, admissionalium facilè principes, (sive ij di VASTHIS reginæ repudium, & peregrinæ ESTHERÆ coniugium improbarent; sive, MARDOCHÆO, sibi iam exæquato, infesti Persis, Macedonum regis, gratiam aucuparentur; sive alià quâvis caussâ ad facinus instigarentur;) capiti regio capitalem vim intentabant; & indice insidiarum per Reginam MARDOCHÆO, iustissimas sui furoris pœnas, crucibus suffixi, mòx exsolverant. Et licet tam præclarum indicis beneficium arcanis regiorum annalium monimentis esset consignatum; ipseque interea inter cætera palatina primi & infimi ordinis officia obiter cooptatus; Rex tamen, ne tam manifesto quidem vitæ periculo edoctus, vel sibi, vel regno melius, quàm anteà, consulebat. Nobilissimos regni Satrapas, & fide erga ipsum spectatâ, & patriarum rerum peritia commendatos, ut imprudenter, ita indignè præterit, & pro nihilo putat. Vnum AMANEM, è domesticis forte-an servitijs vilissimum, & peregrinum terræ filium, in quo summa imperitia, cum summo adulationis artificio, & incredibili fastu esset permista, supra cæteros principes, tam sublimi dignitatis & præfecturæ gradu collocat; ut eum non tantùm uti à se rege, secundum, à Palatinis omnibus salutari; sed genibus etiam flexis, & prostratis humi corporibus, vulgò adorari imperaret. Vt homo scilicet, nec virtute, nec famâ celebris, regem ipsum, qualis esset, qui tali familiaritate uteretur & gauderet, vulgari iudicio existimandum relinqueret.

Externus; quem vel Amalecitam, vel Macedonem fuisse constet; & hoc nomine exosus Indigenis & ingratus, morum & ingeniorum & totius reip. haud sanè gnarus; & nullo proinde in alienos affectu aut fide, omnia aut ad commodum suum, aut pro re natâ & in speciem ad principis arbitrium referret.

Adulator; & liberâ linguâ cassus, veritatem (cuius ferè unius rei inopiâ laborant magna illa Regiarum fastigia) perfidiosissimè celaret. Regi denique satis per se vitioso, aliorum impuritatum contagionem, de se ipse adflaret; Eumque, ut obnoxium animal, aut bubalum, ipse rerum potens atque arbiter, duceret quò vellet, ac reduceret. Et sic regnum mòx universum, quod tali tibicine malè fultum esset, quàm citissimè collaberetur.

Quis, ô ASSVERE, regum omnium insipientissime, asininas Midæ auriculas tibi invideat, quibus tam turpe palpum obtrudi finas? Quodnam hoc, in ignoto homine ad summam rei evehendo, effusissimi animi prolubium? Insanos illos conviviorum apparatus; illam vanam opum ostentationem; aliarumque actionum, quæ consecutæ sunt, dementiam, tibi condonemus: quæ omnia non tam regno, aut subiectis, quàm tibi privatim vel incommodâsse, vel minùs certè fuisse gloriosa, iudicentur.

At Imperatorem te esse; & alij, ut tibi ipse imperet, potestatem concedere? Cui tam immodicam potentiam indulseris; quidquid ille sequiùs, an rectè commiserit, id tibi in posterum adscriptum iri non prospicere? Hominem tibi inimicissimum, & priorum adversùs te insidiarum, quas fidi indicis beneficio evasisti, conscium ac participem: & nisi DEVS aliquis nefarios eius conatus coërceat; præ insatiabili animi ambitione, vitæ & regno tuo inhiantem, tibi ultrò imponere! Quid enim præter regium nomen homini superbissimo, de Persici regni fastigio, deesse videatur; quem Rex, & patrem suum publicis in vulgum literis compellet; & pari secum ab omnibus veneratione coli imperet?

Aulica porrò illa Persarum Curia, in istâ præsertim iam pęnè inveteratâ morum depravatione, regnique inclinatione; quâ non flagitiorum colluvie, hoc duce præcipuè & magistro, qui nihil umquam ingenuitatis in eam attulerit; magis magisque sordescat & inquinetur? Cuius non ea ambitionis, cupiditatis, simulationis, imposturæ, invidię, superbiæ, & insolentiæ existat deversorium?

Huc strophararum opifices, rumorum aucupes, criminum consarcinatores, auræ temerariæ captatores, assentandi artifices, blandiriarum & pellacię architecti, divini cultûs vel inscij vel negligentes; aut tantùm vivos homines, omnium subindeque quos terra sustinet improbissimos, in Divorum numerum referre superstitiosi.

Huc Machiavellistæ & Politici, tamquam ad Asylum, quod vobis AMAN refert atque aperit, confugite. Hîc digna vobis, aulicæ Academiæ axiomata perdiscite & exercete. „ *Vt in eos scilicet semper mores vergatis, in quos Auli potentes ferri pronos perspicitis. Vt si aliquo in numero esse velitis; omne corporis & animæ obsequium aulicæ Thrasonum potentiæ accommodetis; & fortunatos magis, quàm probos, observantissimè colatis.*

 „*Vt, si-*

„ *Vt, si quidem rectè in aulicâ officinâ perpoliti audire cupiatis; omneis simulationis numeros exactè teneatis. Impudentiam & dissimulationem, acribus & industrijs viris, duo præsentissima esse Numina existimetis. Odia & simultates in loco ponatis, vicissimq; resumatis. Offensionem numquam nisi fortunatioribus condonetis. Inimicos in articulo oppressos ad internecionem proculcetis. Et ut, quod caput est, paucis complectar; animus vester per Lucifugas impostoris dæmonarchæ emissarios ab omni sincerioris philosophia doctrinâ, hoc est, à salutaribus Christianæ sapientiæ præceptis abducti, & omni in posterum religione soluti, neque DEVM, neque homines revereantur.*

Hisce gradibus, ad illud inusitatę gloriæ fastigium AMAN adscendit. Hisce artibus sibi, vel regiâ maiorem, potentiam comparavit. Hoc virtutum contemtu; hâc scelerum strue, alter ille SALMONEVS, ad æqualeis Deorum honores, & exambítam sui venerationem, grassatus est. Hic denique Satanicâ quâdam animi malignitate & insolentiâ inflatus, in terribilem evasit Draconem, consceleratì illius apud inferos, & septicipitis draconis membrum & administrum, qui iam quartus, in gentis illius, (ex quâ PVBLICÆ SALVTIS AVCTOR in posterum exspectaretur) internecionem, patulis faucibus tam immaniter inhiáret, ut antegressæ Theomachorum tragœdiæ, ludus iocusque, præut, quæ rabies huius dedit, possint pænè existimari.

Quod quidem quibus initijs cæptum; quibus progressibus ferè adfectum; quo exitu denique terminatum sit, ut explicemus, instituta orationis series postulat.

Quùm quotidiano tam abiectæ venerationis obsequio omnes pænè in Susis Palatini, indigenæ, exteri, non tam Regi, qui AMANEN in summo rerum & secundę à se dignitatis fastigio collocárat, obtemperare; quàm ingenteis superbissimi illius hominis spiritus & fastus alere, certatim contenderent; Ecce tibi unus MARDOCHÆVS, è Beniaminiâ stirpe, & regio quidem genere Iudæus, (cuius maiores ducentis pænè antè annis captivi, unà cum rege IECHONIA, & ex Hierosolymis fuerant à NABVCHODONOZORE in Babyloniam translati: cuiusque patruelem, adoptivæ filiæ loco honestissimè semper habitam & eductam, Regi ASSVERO in regni torique societatem enuptisse: & ipsum, detectis Eunuchorum conspirantium insidijs, memorabili regem vitæ servatæ beneficio sibi obstrinxisse diximus.) Vnus, inquam, neque animum sponte suâ inducere, neque importunis aliorum Aulicorum convicijs permoveri; neque quotidiano minacis in se eam ob caussam vultûs experimento inflecti potest; ut tam scelerato capiti vel genua inflecteret, vel ullum solennis illius adorationis obsequium adhiberet. Quod quidem iusténe ille & prudenter fecerit; & an tam præfracta animi obstinatio crimine careat; penitiùs, uti illud, in quo ceu cardine nostra hæc vertitur controversia, est expendendum.

Deorum certè honoribus Persarum reges à suis coli & voluisse, & solitos esse, plurimorum scriptorum monimentis est testatum: sic ut qui ad eos adirent, aut etiam admitti vellent, non modò capita inflectere, & poplites summittere; sed procumbere, & corpora humi prosternere, ut regiæ aulæ solum mento propè contingerent; atque eo gestu salutare, venerari, & adorare eosdem cominùs, eminùs, cogerentur. Quæ quidem adulationis, & tam proiectæ humilisque in Persis servitutis consuetudo tam erat inveterata; ut ne externis quidem, si fors aut res nata ita tulisset, ipsi regiæ etiam conditionis homines, patrium illum cultum detrectarent. Neque clientibus illi suis modò; aut subiectis; sed ijs etiam, qui peregrè exterarum gentium, liberorumve populorum legati, in Regis congressum colloquiumque venire vellent; eamdem venerationis necessitatem imponebant. Adeò ut coram cum ipso rege agere non liceret, qui eum priùs solenni more non adorássent: sed per Tribunum admissionalem rogati, num id facere animum induxissent, si ad id obsequij parati essent, admitterentur: si recusarent; à conspectu colloquioque Regis arcerentur; & mandata internuntio edere, atque ad regem perferenda dare cogerentur.

Quæ omnia non tantùm fuisse ceu quædam urbanitatis & civilis venerationis symbola; sed elati in ijsdem regibus supra humanam sortem animi argumenta, vel unus convicerit ALEXANDER Macedo; qui in peregrinos victi à se regni ritus, victor ipse paullatim degenerans; & quonam modo cœlesteis honores usurparet, animo agitans; IOVIS filium non dici tantùm, sed se etiam credi voluit, & more Persarum à suis quoque Macedonibus adorari. Et ut forte-an molliùs hæc atque urbaniùs Persarum quidam sint interpretati; *Non solum piè, sed prudenter etiam Reges suos inter Deos censere, sive divinis honoribus colere; quòd maiestas imperij, Salutis sit tutela.* „ *Reges adorari, ceu quamdam, & quidem animatam, DEI rerum omnium Domini, & Conservatoris imaginem*: & ab illo datos, qui erga omne hominum genus vice suâ fungantur.

Nihilo minus cum sapientissimi quique Græcorum philosophi Persas, tamquam fracti & abiecti animi viros, aut potiùs mancipia servituti nata, qui Dijs debitos honores mortali regi tribuerent, graviter, & severè sunt insectati: tum quælibet pænè in eâdem Græciâ, libera & benè constituta Resp. istiusmodi venerationem indecoram & barbaram indicavit semper, & vitavit.

Quod quidem memorabilibus trium Civitatium exemplis, ceu gravibus caussæ nostræ præiudicijs, operæpretium est confirmare.

Atque inter primos quidem CONON, TIMOTHEI F. Athenarum, patriæ suæ, decus tueatur. Qui quamvis forti & fideli eius operâ PHARNABAZVS, Lydiæ Ioniæque Satrapes, adversùs Lacedæmonios, usus fuisset; & quò minus tamen cum Rege ARTAXERXE consilia de summâ reip. inire posset, hoc nomine arceretur, quòd Regem adorare nollet; *sibi quidem haud grave fore professus est, quemvis honorem Regi habere: sed vereri ne civitati suæ opprobrio verteret; si ipse ex eâ civitate profectus, quæ ceteris gentibus imperare consueverit, potiùs barbarorum, quam illius more fungeretur.*

Sed neque Spartiatæ hæc quidem in re, inferiores tulére, Sperchius & Bulis. Illi à civibus suis XERXI regi, ob violatos contra ius gentium DARII caduceatores, in noxam deditis & XERXEM, statim atque Susis in eius conspectum prodijssent, a stipatoribus regijs adorare iussi; constanter abnuérunt. Ac tametsi detrectantium capita deorsùm in terram vi impellerentur; flecti nihilo minus animis non potuérunt, ut eum venerarentur; quòd dicerent: *Ab instituto & moribus patriæ alienum esse, mortalem quemquam adorare*; nec se eius rei gratiâ illuc venisse. O vocem, ô constantiam generosis vetustæ Lacedæmonis alumnis, qui vetustâ Iudæorum cognatione gloriari esse produntur; longè dignissimam! At Thebani quoque, crasso quidem aëre natum hominum genus, sed iam tum egregia EPAMINONDÆ disciplinâ excultius; an minùs forteis aut politos pari in caussa civeis persensére! Quùm illi post Leuctricam victoriam è civitate suâ PELOPIDAM & ISMENIAM, impediendę Lacedæmoniorum (qui pugnâ proximâ fracti externa federa spectabant) cum rege societatis, legatos ad ARTAXERXEM misissent; Vnus quidem adduci numquam potuit, ut isti servilis in adorando obsequij iugo collum submitteret. Alter verò, qui convenio in præsens rege opus sibi reique p. suæ esse perspiceret; neque tamen eius adeundi alia facultas daretur, quàm si eum veneratus esset; fucum oculis Persarum fecit. Anulum, quem digito detractum clam ad pedes regis abiecerat, demisso corpore sustulit; eoque gestu, salvâ libertate, legi paruisse visus, quod voluit, cum rege transegit.

Verùm ne quis fortè hæc raræ cuidam in privatis hominibus, licet publicum civitatis suæ munus obirent, animorum magnitudini attribuenda tantùm existimet; is meminerit TIMAGORAM, qui inter officium salutationis, DARIUM regem assentatorio gentis illius more fuerat veneratus, & maximâ ob id apud eumdem gratiâ, immensis etiam muneribus affectus; ab Atheniensibus, qui THEMISTOCLEM, paris paullo-antè criminis reum, iam profugum, ulcisci non potuissent; capitali supplicio fuisse adfectum. quòd tam humilibus unius civis blanditijs, totius urbis suę decus fœdatum, & Persicę dominationi quasi submissum, graviter ferrent, atque infremerent.

Quid Macedonas universè omneis commemorem? Qui, cùm post victum DARIUM, ALEXANDER patrios mores, & disciplinam Maiorum salubriter temperatam, velut leviora magnitudine suâ ducens, Persicæ regiæ, par Deorum potentiæ, fastigium æmulari cępisset; ipsi, tot gentium, & huius in primis fastûs Persici domitores, servilia illa ministeria atque obsequia palam sunt aversati. Et licet ea res multis eius generis principibus exitio fuerit; & acerrimus inter recusantes CALLISTHENES, qui gravitate animi & promptâ libertate Macedones ipsos, ad tale obsequium fortè paratiores, solus morari existimaretur; etiam per tormenta, indictâ caussâ, interijsset; mos tamen salutandi tantùm regis, explosâ adoratione, Macedonibus est retentus.

Ecquid censetis A. An tot, pari in caussâ, civitatium & populorum exemplis, ceu præiudicatis sententijs, rem factam non habemus? Et MARDOCHÆUM, qui non Regi, sed regio vicario, impio homini & scelesto, istiusmodi venerationis obsequium adhibere recusáris extra omne & fastûs, & proterviæ crimen ponimus! Atque adeò cùm illi, veræ religionis luce expertes, inanium Deorum cultores, rem eam, à patrijs tantùm institutis alienam, tam præfractè sint detestati, & defugerint: atque immò eximię ex eo facto constantiæ laudem reportárint; quis in Iudæo, veri DEI cultore, & sacrarum legum observantissimo, idem non prædicet & collaudet?

Verùm hic nequaquam consistimus; sed ulteriùs rem totam expendere pergimus. Quid est, ô MARDOCHÆE, cur tantoperè ab isto AMANIS cultu abhorreas; & non tibi soli odium potentis & infesti adversarij concites; sed gentem etiam popularium tuorum universam promiscuâ cæde exterminandam tuâ istâ obstinatione propines? Honorem Regi debes: cur ei, quem Rex honore adficiendum iusserit, honorem recusas? *Revereri oportet, quem reveretur Imperator,* etiamsi erret, aiebat veterum quispiam. Imprudentiæ certè crimine, ne quid gravius dicam; te obstringis: qui alieno in regno, captivus, & iure gentium servus, gentis illius, in qua degas, moribus; & regis, cui subiectus sis, legibus; eâ in rę quę neque DEO tuo, neque officio adversetur, obtemperare nolis. Superbus meritò, nimiumque contumax habeáre; qui toties tui officij amicè commonitus; toties increpitus, toties observatus, teipsum totamque gentem tuam pręsentissimum in discrimen adducere malis, quàm vel tantillùm de pręfractâ animi tui obstinatione decedere.

An fortè, Assurgere; cum capite cernuo poplites submittere; grave non ducas: sed prostrato humi corpore mortalem adorare religioni tibi vertas? At meminisse te oportebat, Sacræ historię & veteris memoriæ non imperitum, istiusmodi veneratione, viros sanctimoniâ præstantes, & divinæ legis retinenteis; & coli se ab alijs passos, & alios subinde pro re natâ coluisse. DAVIDEM ab ABSOLONE filio; à BETHSABÆA coniuge; à NATHANE Prophetâ, alijsque. IOSEPHUM à fratribus; Hethæos fratres ab ABRAHAMO; ESAVUM à IACOBO, pari cultu corporisque gestu salutatos.

Si hæc tibi in religionem vertis, quæ neque manifestario vitio adfinia; neque ab usitatis vulgò moribus & legibus sunt abhorrentia; qui factum est, ut tu religiosus, uti videri vis, Iudæus, puellam Iudæam, innocentem patruelem, fidei tuæ concreditam, patiaris à te avelli; & cum promiscuo illo puellarum, solâ formæ gratiâ insignium, & quasi regię lubidinis victimarum, grege, sub egregiâ, si Dijs placet, regiorum Eunuchorum, an lenonum! disciplinâ & tutelâ relinquere? Et quùm coniugij regij spes tum foret incertissima, pellicum modò aut concubinarum unam, Regi impio, & profano Deorum cultori, non sine patriæ religionis periculo, eamdem addicere! Par quidem Regis utrimque, & in virginum conquisitione; & in honore AMANI adhibendo, imperium; si iniustum & irreligiosum; parem à te homine iustitiæ & religionis tenace, eius imperij utrimque recusationem desiderabat.

 tabat.

rabat. Atque adeò, si tam exacta patriæ religionis observantia; & ab istiusmodi cultu te abstereat; & non vanum, (ut nec vanè opinemur) ea isto Nepiis tibi carissimæ lenocinio dolorem ingeneret; cur,ut utriusque rei religione animum liberes,hoc est,& huius pudicitiæ salutique consulas;& inlenutam toti Iudæorum genti, ex istâ animi tui adversùs servilem,uti réris, cultum pervicacia, internecionem effugias; non potiùs, & prius tibi fuit, Perside relictâ, in patriam cum tuis remigrar ? Vbi iam illi, verè religiosi, populares tui, ESDRÆ, NEHEMIÆ, ZOROBABELIS auspicia secuti; & regiorum edictorum indulgentiâ freti, recidivum summi DEI Templum omni corporum animorumque contentione instaurabant: Iam patrias leges securè colebant, ab omni & adulatoriæ istius venerationis, & regij Virginum lenocinij periculo remoti.

Quænam ista igitur animi in te præfidentia; ut ne latum quidem unguem de indomito instituti tui rigore decedere nescius, immerentem, non unius civitatis mœnibus conclusam, sed per universas Persici regni provincias longè latéque dispersam, Iudæorum multitudinem, non dico fortunis omnibus exuendam; non longinquiore & incommodiore exsulio multandam; sed immani occidione penitùs delendam, hominis unius, quem unus tibi inimicum capis; lubidini, ceu victimam piacularem, propines & obijcias! Si nescis; mera fortunę iamnunc ludibria, à tenui filo omnes pendetis: & ambiguo sortium iactu in omnium vestrûm capita luditur. Extremo anni præcipitantis mensi vita omnium vestrûm destinatur. ne citâ morte defungamini; verùm ut tam longinquo certæ & impendentis in horas mortis metu excarnificemini.

At fortè gentem, cuius tot antè regibus & ætatibus, & quidem peregrè, spectata fuerit innocentia; Rex ASSVERVS iustitiæ tenax, inauditâ, & indictâ caussa, condemnari, aut ad supplicium rapi, non patietur! Quem scilicet primario secundæ à se dignitatis honore ille cumulavit: quem à Persis, abcateris, adorari imperavit; quem parentis loco & titulo honestavit; cui tantumnon in omneis vitæ & mortis arbitrium concessit; rei eius, quam & sortibus ipse iam sanxerit: & tam altè in animum, ultionis avidum, demiserit, voto frustrabitur.

Atqui idem ille, quem ex omnium scelerum colluvione conflatum esse non ignoras; qui tegis sui aureis iam solus habet obstrictas; genti tuæ, licet innocenti, ob peregrinitatem tamen invisæ, falsa crimina obiectare; eaque emeritis tot aulicarum tinearum testimonijs, an susurris! comprobare; calumnias fraudesque adhibere, & traducere non audeat? Gentem vos esse insociabilem, à cæterorum hominum moribus & populorum studijs dissidentem; novis DEI ignoti ritibus cerimonijsque utentem: regiorum decretorum contemtricem, nec sine probabili rerum novarum suspicione, per universum Persidis regnum latè propagatam. quam proinde, ne tanti mali contagio ulteriùs mánet, profligari exterminarique expediat.

Et ne ullâ fortè vectigalium, sive tributorum, iacturâ, quæ tam vastam tot capitum stragem consecutura sit, Rex ab incepto deterreatur; homo ille indomitâ superbiâ, & implacabili in vos ira inflammatus, decis talentûm millibus, quæ de suo adnumeret, redimere; & illam regiæ gazæ imminutionem sarcire adpromittit.

Iam itaque amplissimam vitæ necisque in vos omneis potestatem, anulo etiam de manu transdito, rex illi permittit. Iam capita vestra crudelissimæ eius lubidini penitùs resignat: Iam denique feralia acerbissimi Edicti diplomata, regio AMANIS anulo obsignata, à regijs Scribis perscripta, ab Angaris regijs in omneis regni Satrapias perlata. Iam tabulæ passim fixę, quas ne regi quidem ipsi fas sit refigere. Tabulæ crudeles, quibus Iudæi ad unum omnes ferociter, passim & uno quidem tempore, atque ictu, trucidari: nulli nec ætati, nec conditioni, nec sexui hominum parci. Nobilis denique illa vetustæ & sanctæ gentis arbor, ne defractis surculis usque revirescat; ceu quâdam securi cum radicibus ipsis excscindi iubetur. Quæ spes salutis reliqua! quis inevitabilem tanti furoris impetum à cervicibus vestris propulset. Iam sese provinciales omnes tam crudelis imperij exsecutioni accingunt: iam laqueos cervicibus, mucrones iugulis, spicula pectoribus intentant. Iam inveteratâ, ceu seditiosæ & maleficæ gentis, colluvione urbeis suas expiare: Iam AMANIS, regium quid minitantis, mandata facessere: iam lutum sanguine vestro macerare avidè gestiunt.

Quæ vos latebræ; quæ solitudines; intentis infestissimorum hostium oculis & iaculis subtrahant & eripiant?

Vnam fortassè sacram extremi præsidij ancoram restare putes, quâ navem tam fatali adversorum ventorum tempestate convulsam stabilias, atque è præsentis naufragij discrimine conserves. ESTHERA scilicet, quam rex non tori tantùm coniugalis, sed regiæ etiam dignitatis consortem habet carissimam; eum patruelis benemerentissimi, tum gentis suæ vicem miserabitur. Illa impudenteis scelerati hostis calumnias deteget; Tribulium suorum innocentiam patefaciet; maritum regem ad exactiorem caussæ cognitionem revocabit.

Atqui, ô MARDOCHÆE, novæ legis nesciuses: quam haud-dubium vafro eiusdem calumniatoris instinctu esse impositam. quâ ille omnia ad sui regis oculos aureisque itinera obsepiat: Ipse pro intimæ familiaritatis iure solus criminator regi immineat; alijque nemini ad defendendum aut deprecandum aditus pateat: extorta denique per calumnias sententia irrevocabili tenore ad exitum decurrat. Adeò ut Nepti quidem tuæ, reginæ, libera regis, viri sui, adeundi aut conveniendi facultas, sine certo capitalis & culpæ & supplicij metu, iam sit relicta.

An nondum advertis, MARDOCHÆE, quo prǽclara ista animi tui constantia; imprudens, inquam, obstinatio evaserit? quantum periculum tibi tuæque universæ genti creárit? A quâ tantum abest ut gratiam aliquam isto facto inijsse censeri debeas; ut potiùs te tanti mali auctorem, vel piæ summa despe-ratione la

tione lapidum coniectu obruere; vel noxæ redimendæ ipse, ipsi AMANI, vinculis onustum, haud secus atque SAMSONEM Danitæ olim Philisthæis, te pessimè multandum, atque excruciandum dedere pergant, & concludunt.

Quid hîc dicam, A. aut unde legitimæ in hoc MARDOCHÆI facto excusationis exordia ducam! Atque imò, quasnam, isthoc præsertim rerum Iudaicarum statu, laudes attribuere possim homini, qui tam levi ex principio rem eò deduxerit, ut dilecta illa DEO OPT. MAX. Hebræorum natio, non modò in fortunarum aut libertatis; sed in præsentissimum vitæ periculum universè vocetur! Verumenimverò, si hanc etiam in MARDOCHÆO nostro recusatæ adorationis pervicaciam, neque civili morum honestati; neque religiosæ pietati adversari docuerimus; rem factam, ut opinor, habebimus.

Et primùm quidem; Quo demum pacto vir generosus, circumspectus, & rerum usu egregiè exercitatus, in animum umquam inducere potuisset; ut sceleratum regis sui proditorem, regni eversorem, intolerabili singularis dominatûs cupiditate æstuantem, adoraret! Quem certò exploratum haberet, insidiarum earum, quas Eunuchi nuper admodum regio capiti intentarant, quasque ipse detexerat; conscium fuisse & participem! Quem ægerrimè tulisse sciret, easdem insidias fuisse parefactas, & regi renuntiatas! Cui se, earumdem indicem, exosum esse; & non tam ob negatum adorationis honorem, quàm isthoc nomine ad necem destinatum, non lateret! Cui tam præclarum servatæ regi vitæ beneficium, regis diarijs consignatum, & insigni aliquando liberalitate compensandum, molestissimè doleret! Quem denique ipse, singulari sapientiâ, prudentiâ, & solertiâ preditus, omnibus ijs perfidiæ notis insignitum iamnunc pernôsset; quibus paullo-pòst rex ipse, velut è quodam imprudentiæ veterno excitatus; & salutaribus ESTHERÆ ipsiusque MARDOCHÆI consilijs ad mentis sanitatem revocatus, eumdem ceu vivis coloribus descripsit; & publicis ad provinciales litteris, prioris edicti abrogatorijs, infamavit.

Hunc scilicet unum fuisse ex ijs, qui summariorum principum benivolentiâ, & honoris, quo ab ijs adfecti, magnitudine, abusi ad superbiam; & immoderatiore sui existimatione elati, non modò principum suorum subiectos impotenti dominatione opprimere; sed animis luxu atque luxuriâ, in summâ rerum copiâ & fastu, diffluentibus, adversùs ipsos beneficij & dignitatis suæ auctores, insolescere: ijsque insidias tandem moliri, non reformident. Qui non contenti gravissimo ingrati, immemoris, atque adeò impij animi crimine sese obstringere; & civilia humanitatis iura violare; DEI etiam illius, qui arbiter & inspector est operum nostrorum, consiliorum, mentium; neque inspector solùm, sed iudex idem & vindex; effugere se posse sententiam arbitrentur. Cuiusmodi illi partim opinione, partim felicitate iam depravati, eò vesaniæ prorumpant; ut occupatis simplicium, & callidæ fraudi obnoxiorum principum auribus, Collegas etiam suos, qui concredita sibi Palatinæ, sive aulicæ militię munia tum summa cum laude, tum fide atque industriâ singulari administrant; tacitis mendaciorum & calumniarum cuniculis conentur subvertere; & reges ipsos scelerum suorum communione involvere. Hunc esse illum AMADATHI filium, & animo, & gente Macedonem, à Persarum sanguine alienum, qui agnatam illam Persicis regibus pietatem, & agninam lenitatem, inusitatâ peregrinę & Vrsinæ crudelitatis labe, commaculare contendisset. Qui quantumvis nullis neque in regem, neque in regnum meritis spectatus; sed malis artibus & simulatis obsequijs, in regij hospitij ius insinuasset: ac secundum à rege locum adeptus, & ab eo patris cognomento honestaretur, & ab omnibus adorari iuberetur; quoniam tantam nihilo minus ipse felicitatem ferre & coquere non posset; neque sobriâ mente honoris magnitudinem metiri; regem tam beneficum, & regno & vitâ exuere tuisset adnixus. Qui MARDOCHÆUM vitæ regiæ conservatorem; & ESTHERAM thalami regnique consortem, cum universâ Iudæorum gente, ut DEI OPT. MAX. & legum sacrarum; ita regis sui observantissimâ, novis criminum machinis ad infame supplicium eâ fini depoposcisset, ut & illis amicissimis domesticis, & his fidissimis subiectis è medio sublatis, regiæ solitudini insidiaretur: & nobile vetusque Persarum imperium in populares Macedonas transferret.

Ecquis igitur miretur, aut reprehendat, à MARDOCHÆO, cuius hominis tot scelera, animi conscientiâ constricta ipse teneret, cultum, etiam civilem, negatum? Nunc verò, quod sacrarum litterarum testimonio comprobatur, nemo sanus improbare aut vitio vertere audeat. Et ut fortè ex Iudæis, eâ tempestate, & id loci, alij illam Persarum venerationem non defugerent; alij penitus detestarentur. Atque illi castis animis eam deferre posse opinarentur; hi, constanter animos suos eâ religione obligare recusarent. & utrumque rectæ fieri potuerit. quòd actionum, quæ in moribus sitę, bonitas aut secus, ex variâ rerum earumdem consideratione, existat.

Ne eò quidem nobis tamen confugiendum esse videtur: sed ex certâ animi persuasione MARDOCHÆUM in sententiâ adserimus perstitisse. prudenter quid fieri, quid secus possit, animadvertisse; sapienter iudicâsse: non malum modò, sed omnem etiam mali speciem & offensionem sibi, principi viro, fugiendam. Ex fortis & generosi animi officio; in iram & odium potentis adversarij incurrere; fortunarum & dignitatis vitæque discrimen subire; totamque adeò Iudæorum gentem, licet præter animi sui sententiam, extremum in periculum adducere maluisse; quàm levi etiam culpâ DEI maiestatem offendere. si vel servili obseqnio hominis superbi gratiam colligere; vel principis oculis venerationem illam, quæ castè alioqui fieri potuisset, animo tecto & simulato dare, induceretur. Iustè denique, quod DEI est, DEO; quod hominis, homini tribuisse. Ne-

que enim exiſtimare nos convenit, eum, qui non unum eximiæ ſapientiæ ſpecimen toto vitę ſuæ tempore, alijſque privatim & publicè actionibus ediderit; vel neſciſſe, vel dubitâſſe, in omnis ea, quæ geſtu corporis adversùs hominem adhibetur, veneratio, magna ſit illa licet & ſubmiſſa. ſive nos ipſi cernuo capite, & deiecto pectore inflectamus; ſive in terram proſternamur; ſive genibus incurvatis humum tangamus; ſive eius generis aliud quidpiam agamus; id omne, inquam, eiuſmodi ſit; ut ex eius, quod ſignificatur, ratione, indifferens, rectè aut ſecus factum, cenſeri queat. Etſi quidem honoris illius ſummi, qui uni & ſoli DEO debitus, ſymbolum exiſtit; nulli ex rebus creatis attribui poſſe. Sin alterius inferiore gradu; ritè licere. At cum idem MARDOCHÆVS, ut lamentabili, ita piâ ad DEVM, cui intimi animorum humanorum receſſus patent & perſpecti ſunt, precatione, fateatur; Iſtas, quas dixi, adorandi cerimonias AMANI denegâſſe, non quatenus ea, velut abiecta nimiùm & humilia, præ ſuperbâ quâdam contumelioſi animi celſitate, aut ambitioſâ gloriæ cupiditate, defugeret. (qui pro redimendâ populi Iudaici incolumitate, ad exoſculanda etiam pedum ſuperbiſſimi & crudeliſſimi hominis veſtigia lubentiſſimè ſeſe demittere eſſet paratus.) ſed inquantum ea divini apud Perſas honoris argumenta & eſſent & haberentur: Quis non iudicet, & fateatur, eum, quod DEI proprium eſt, in hominem, ſive verè adorando, ſive ſimulando, transferre noluiſſe!

Neque ſuâ ipſius culpâ in diſcrimen veniſſe; ſed idcircò AMANEM, irâ & contumaciâ percitum, in tam inhumanem ſævitiam, proruпiſſe; quòd illum divinæ venerationis cultum ab ipſo extorquere non poſſet! Et univerſæ Hebræorum genti perniciem eſſe molitum; quod patrias veri DEI leges illi reverenter integréque ſervarent?

Hîc prætermittimus dicere, quod ab alijs tamen eſt proditum; immortalem quamdam odiorum in Amalecitas univerſè omneis acerbitatem lege divinâ Iudæis, à priſcâ uſque ætate, fuiſſe imperatam. Gentem deinde illam non modò priſtinis ſedibus exturbatam; ſed promiſcuâ occidione à SAVLE rege (unde MARDOCHÆO & ESTHERÆ, quos regio genere natos nonnemo adſeverat; haud dubie erat origo) pænè deletam. ac proinde AMANEM, reliquam AGAGI illius Amalecitarum regis ſtirpem, à nobili Beniaminiæ Tribûs Iudæo contemtum; neque ullo venerationis, licet publicè imperatæ, cultu dignatum.

Satis nobis idonea iſtiuſmodi recuſationis cauſſa eſſe debeat; quòd Iudæus, patriæ religionis non immemor; neque ullis aulicæ diſſimulationis præſtigijs corruptus, hominem, quaſi DEVS aliquis eſſet adorare; & honorem uni & ſummo DEO debitum, aliò transferre noluerit. Divinum autem, tamquam Dijs quibuſdam aut Deorum ęqualibus, ſibi honorem vindicâſſe Perſarum reges; ijſque, quos vellent, deferri voluiſſe; iam ſatis ſuperque comprobavimus.

Atque ut fortaſſe rex ASSVERVS, non æqualem ſibi; ſed à ſe ſecundum, AMANEM, minore etiam honore mactari voluerit; quòd tamen profana illa gentium ſuperſtitio maiores minoreſque Deos agnoſceret; & diſpari Rex, & Surena, hoc eſt, ſecundæ à rege dignitatis magiſtratus, veneratione, ille ut Maius, hic ut Minus Numen, coli conſueverint; cum utraque tamen divinitati eſſet adfinis; quis MARDOCHÆVM rectè ab eâ abſtinuiſſe inficietur?

At dicat quiſpiam, & Reges, uti DEI vivi ſimulacra, aut vicarios, ijdem Perſę, verę etiam religionis expertes, interpretabantur: ideoque non vulgari honore proſequendos. Et ſacroſanctis oraculis illi, qui regnant & imperant, Dij eſſe perhibentur; ac proinde, ſi ob ipſum in pretio ſit atque cultu eius imago, non poſſe non DEO ipſi idem honori vertere.

Verùm cum reges ita DEI imaginem eſſe illi cenſerent, ut etiam tamquam Deos divino cultu venerarentur; ſive, licet ſapientiores fortaſſe quique mollius & moderatiùs ſuperſtitioſum illum regis adorandi ritum interpretarentur; vulgus interim cæterum in ijſdem numen quoddam ineſſe; & ſummis, qui DEO debentur, honoribus dignandos eſſe, opinaretur. haud ſecus ac Philoſophorum nonnulli Deorum ſuorum nomina, facinora ſacra, aliaſque ineptias omneis, quàm molliſſimè explicuerunt; cum longè alia vulgarium hominum eſſet opinio.

Vir certè ſanctus, adduci nec debuit, nec potuit; ut aut pravo exemplo, aut ſimulatione, quæ ab omni DEI cultu quàm longiſsimè abeſſe debet, non tam peccaret, quàm alios ad peccandum invitaret. Quę namque ſuprà adorationis, Regibus quibuſdam, alijſque auctoritate prętantibus impertitæ, & per ſe inculpatæ, exempla commemoravimus; aliò ſpectâſſe facilè perſpicimus. Qui longe aliud eſſe non ignoremus, *hominem DEI planè expertem, & hominem DEI amicum ac reverentem venerari.* In illo ſcilicet, malignus ille Genius, cuius ipſe mancipio eſt & nexu; in hoc, DEVS OPT. MAX. cui uni eſt devotus, adoratur & ſuſpicitur. Ille honore adfici ambitioſè geſtit & expetit; hic, niſi quatenus cum DEI honore coniunctum eſt, cultum ſui omnem defugit modeſtè, & exſecratur. Illum nemo pius, ſine piaculo, vel levi honore dignetur; hunc ſine ullâ DEI iniuriâ, etiam exoſculetur.

Sed quid hiſce immoramur, & non potiùs ſublimia illa ac recondita divinæ providentiæ conſilia, quâ fas, quà pote, inveſtigamus! quibus & MARDOCHÆO, & eius patruele ESTHERA, ad maiorem nominis ſui gloriam; ad iuſtitiæ & potentię ſuę vim, in conſpectu profanarum gentium, atque in luce ponendam; ad religionem longè lateque in Perſis propagandam, uſus eſſe comprobetur.

Serpens ille ſepticeps, vetus piorum adverſarius, qui mulieris illius gravidę fœtui ſemper inhiavit, licet iam toties victus, & tribus capitibus, ſuam quoque vicem, imminutus; iterùm cornua attollit: partum timet ſibi exitioſum: Gentem dolet eſſe ſuperſtitem, quæ non modò verum DEVM coleret; ſed ex idololatris ſuis non paucos etiam eòdem adduceret. Idoneum nactus inſtrumentum, AMANEM, quarti capitis inſtar, regiæ potentiæ & auctoritatis viribus armat, & implacabili iuſtorum hominum odio complet. Gaudet

ip

ipso AMANIS facinore, & iucundissimam è tantâ innocentium strage victimam exspectat.

Quid optimus contrà hominum ille pater, & sapientissimus mundi gubernator, DEVS? MARDOCHÆVM, magnæ in parvulâ nepte pietatis opificem, quo minus unà cum cæteris tribulibus in patriam, Templi Hierosolymis ædificandi, remigraret, atque è Perside decederet, arcano numine instigat. In quiete, per visum, de maximarum rerum eventis commonefacit; quò simul & in earumdem cursu (quantumvis difficillimæ asperrimæque res casuræ significarentur) sese confirmaret, melioremque exspectatione sustentaret. Et iam iniectâ haud dubiè magni alicuius pro totâ gente boni spe, nepus, puellæ religiosæ, cum profano rege coniugium non modò non desugeret, verumetiam peroptaret.

Committuntur inter se Dracones duo, & ad duellũ variè instigantur. Ille, scelerati illius draconis, inferorum principis, administer: hic, Verbi divini, innoxij, & sublimè olim in carne attollendi serpentis, propugnator. Ille in gentis eius, ex quâ *promissa Salutis auctor* erat nasciturus, exscidium incumbens: hic gentem eamdem è patulis iamnunc inhiantis adversarij faucibus eripere contendens. Ille efferatas impietate nationes magno clamore in iustos concitat: hic DEVM auxiliatorem votis & precibus solicat. *Longè, dispar certè bellandi ratio.* Et quùm numquam tantâ crudelitate ac furore draco ille septiceps mulieri illi, quam dixi, uterum gerenti & parturienti, aliàs infestior incubuerit: tum neque illa vehementiùs fuit umquam cruciata, neque in magis miserabiles clamores effusa. Cætera namque eius capita, quoties priotibus antè sæculis in parem prædam sese arrigerent; hoc unum spectabant, ut recentem mulieris partum devorarent. Istud verò, quòd in AMANE quartum esse diximus, totum mulieris corpus, unà cum fœtu depasci & deglutire parabat.

Cætera, dico, regna, Satanicæ crudelitatis administra, Ægyptij sub Mose; Israelitæ sub HELIA, Chaldæi sub DANIELE; dum gentem illam, exspectatæ Salutis proseminatricem, aut servitute, aut indignis cladibus adfligerent; id agebant: ut DEI legem & pollicitationem penitus oblitterarent. Istud verò Persicum, ex acerbissimâ AMANIS proscriptione, ut gentem universam æternâ extremi interitûs oblivione sepeliret.

Hinc namque consternatę repentino luctu omnium Iudæorum mentes, & decretæ mortis exspectatione contabescunt: Inde Rex & AMAN, convivijs & compotationibus dediti, miserorum fletibus insultant. Quò maioris certiorisque periculi metus impendet; eò vehementior depellendi periculi sollicitudo MARDOCHÆVM exigitat. At quæ arma regiæ AMANIS potentiæ; quas vireis incitatissimo tot populorum & civitatium furori; quas copias ipse, peregrinus & captivus, instructissimo regi opponat?

Ad fugamne è Perside capessendam cohortetur? Ad arma corripienda; aut ad extrema, in summâ salutis desperatione, tentanda suos animet? Vel ijs, qui pridem in Iudæam erant regressi, & patriam Templumque excitârant, auctor esset; ut Ægyptijs, iam Persæ rebellantibus, & Sidonijs res novas molientibus, sese coniungerent: & accensis vicinarum gentium studijs, manuque coactâ, Tribuleis suos, tam miserabili exscidio destinatos, è præsenti periculo per vim ereptum veniret?

Sed ô cœca impiorum hominum iudicia! ô abstrusa & recondita DEI consilia! ô bonitatem & clementiam ipsius, bonis & innocentibus perpetuò expromtam! Per sortes easdem, quibus improbissimus AMAN non cædis crudelissimæ, quam vel rege inscio meditabatur, æquitatem; sed certum, & iniquissimæ cædi statum diem exquirebat; & in capita innocentium explorabundus ludebat. Verùm ipsi, iniquitatis auctori, DEVS, *omnium fortium Dominus*, egregiè illusit.

Illum, qui tantus sui erat existimator, ut in manu suâ quorumvis vitam aut mortem positam, esse duceret, & omne alterutrius arbitrium à solâ ipsius voluntate pendere. Qui sortibus modò, cru Numini cuidam fatali, tempus tam acerbo suo cædis promiscuæ instituto idoneum, committeret & destinaret. Illum, dico, uti bubalum, inserto in summam narem anulo, circumduxit; & in cassis suos, uti in providam volucrem, pertraxit. Dum ille namque fortium beneficio, aut iactu sinisteriore! annuâ, & diuturniorem, quam vellet, moram suę sententiæ & crudelitati præstituit; gens simul illa; iam cędi addicta, & in mero mœrore posita, satis spatij nactas non telis aut armis, sui defendendi comparandis; sed pacificatoriæ legationi in altum & in longinquum amandandæ; ieiunijs, lacrymis, precibus, auxiliatoris DEI opem implorat. E cœlo subsidiarias sibi copias evocat, & impetrat. Et princeps quidem MARDOCHÆVS, qui iam acerbam populo innocenti tempestatem concijsse (solus, licet nullâ suâ culpa fateretur) alios omnes ad illustrissimi præsidia, tam supplice humilique legatione, suæ innocentiæ comparanda, & præcepto & exemplo excitat atque instigat. Ipse veste abscissâ, cilicio, & cinere in caput conspersо obnuptus, è domo sua, vir primarius, & palatinus, in medię civitatis conspectum progredirur: populum insontem ad supplicia cædemque promiscuè deposci, incondisis clamoribus & lamentabili habitu vociferans, ad fastidiosas usque regij palatij fores accedit. Et cùm submissam à nepte reginâ vestem, quæ honesta, & aulæ erat conveniens, respuisset; & primùm eamdem de AMANIS instituto, suæque gentis periculo, edocuisset, deinde ut ad regem, licet accessu difficilem, deprecatum adiret, seriò & constanter fuisset cohortatus; conventu popularium omnium, qui Susæ degerent, & pari mœroris pœnitentiæque schemate adfligerentur, indicto; triduanum ieiunium, fletibus, & precibus conditum, agitavit.

Quid ESTHERA? An illa patriarum legum, & veri DEI cultum, profanæ coniugis impietati! An patruelis sui sordes; & statum populi, commiseratione dignissimum, aulicis delicijs & palatinæ potentium gratię posthabeat? Neque iam inopinato impendentis universę cladis nuntio perculsa, quidquam pro beneficentissimi patris; pro miserrimæ & innocentis nationis salute, cum vitæ etiam suæ periculo conetur & audeat! At eamdem facilè, haud degener certè ex eâdem arbore germen licet, & lubeat agnoscere. plantam minimè infelicem; quæ in tempus opportunum divinitus reservata, die stato, fru-

ctum ederet iucundiſſimum. Quæ mox tanti periculi novitate, & pæne letali tremore exanimata, depoſito regij veſtitus ſplendore, religioſum & ferale amiculum induta, cinere & fimo caput, vice unguentorum, conſperſerit; humi proſtrata ſaccis, & ieiunijs corpus tenellum adflictarit: luxuriorum deliciarum conſcia, crinibus laceratis, expiárit. Eo denique & animi & corporis habitu ad DEVM lacrymas preceſque effuderit: hoc unum inter cætera obteſtans, ut quùm omnia regiæ dignitatis ornamenta; quotidianæ menſæ luxum & delicias; præſentem voluptatum copiam, uni DEO, eiuſque colendi pietati, hactenus poſthabuerit. in eo ſolo & ſpem omnem collocárit, & opem ac ſalutem ab eodem in præſentiâ pendére fateatur. Ne nominis ſui gloriam tam immani dilectæ gentis occidione defœdari: ne hæreditatem ſuam deleri & ludibrio traduci: ne decreta ſua tolli & immutari: ne vanis Deorum idolis iſtius facinoris gloriam adſignari patiatur. Et immutatâ in melius regis voluntate, dignas, de tam nefarij ſceleris & feralis decreti auctore, pœnas repoſcat.

Quid DEVS, ut naturâ ſuâ clementiſſimus; ita ſcelerum ultor ſuperborum vindex, piorum adiutor; quid his ieiunijs, his lacrymis, his precibus denegaret! Ipſe de-ſubitò, & quaſi de machinâ ex-inopinatò apparens, quàm perſonata impiorum, Machiavelliſtarum & Politicorum, felicitas; quam parum diuturna in iuſtos & innocenteis dominatio; admirabili rerum omnium converſione, & inſperata metamorphoſi, ſtatim declaravit.

Quùm enim ſceleratus ille, & Salmonéo faſtu inflatus, Prorex, qui ob recentem, & communem cum rege, ad epulas Reginæ invitationem, (ubi, tamquam piſcis, eſcâ & hamo imprudens caperetur: ſive potiùs; Vrſus ferociſſimus, prædæ nidore illectus, in laqueos ſeſe indueret) novos ſpiritus ſumſerat, & cœlum digito attingere, & iam ipſo vertice ferire ſomniabat. Qui neque ſe, neque fortunas, neque gaudia capiebat. Qui unâ re tantam felicitatem corrumpi & turbari apud ſuos conqueſtus, quòd ſibi novis & inuſitatis, uti iudicabat, honoribus aucto, vetus ille ſui contemtor, mòx ſupremis, ut rebatur, cum gente totâ infortunijs mactandus, MARDOCHÆVS, neque-dum adſurgeret, aut reverentiam adverſus ſe exhiberet. eidem, ceu præcidaneæ reliquorum hoſtię, ex temerario domeſticorum adulatorum conſilio, excelſum & feralem infelicis arboris ſtipitem, pro ędium ſuarum foribus, erexerat; non modò, uno penè momento, de ſpe, de inveteratâ felicitate, de gratiâ regiâ, de ſuæ crudelitatis inſtituto; verumetiam de vitâ, (& infami quidem mortis genere) deiectus eſt,

Tum is contrâ, qui impendentem in horas gentis ſuæ internecionem; qui cruces & tormenta ſibi parata; qui ludibria & contumelias ſibi ſuiſque, privatim, publicè, irrogandas, animo præcipiebat, & iamnunc exhorrebat: de repentè, non tantùm præſentiſſimo periculo eſt liberatus; ſed, maioribus etiam, quàm incolumis quiſpiam, & arridente undequáque fortunâ beatus, non dico ſperare, ſed ne optare quidem auſus fuiſſet; dignitatis ſupremæ ornamentis eſt cumulatus.

Ille quidem, qui ſuprà omnes regij ſanguinis Satrapas loco & dignitate eminebat; infra omneis contemtiſſimæ etiam ſortis homunciones deijcitur.

Qui ſecundum à rege thronum obtinebat; capiti ſibi inviſiſſimo & deſpicatiſſimo, non equum modò ſternere, ſed velut agaſonem agere, & à pedibus eſſe iubetur. Qui minaciſſimis illum convicijs paullo-antè inceſſerat; nunc verbis palam honorificentiſſimis, publici præconis in morem, collaudare & prędicare compellitur. Qui toties Titanicâ quâdam oculorum, & indignabundi óris torvitate, eum deſpectárat; mòx infenſum ſibi regis & reginę vultum, ceu ſideratus, ferre non poteſt. Quem rex patris loco habuerat & cognomento honeſtárat: Quem cæteris regni conſiliarijs ſapientiâ & fide antiſtare fuerat teſtatus: hunc imminutæ iam maieſtatis reum, perduellem, & nefarium proditorem appellat. Qui unius MARDOCHÆI cæde & infami ſupplicio non contentus; promiſcuo omnium Iudæorum ſanguine animi ſui rabiem exſatiare furebat, ipſe neque ſolus, ſed totâ cum domo, cum decem liberis maribus, in crucem, quam alteri fixerat, ſublatus eſt: & aliquot, eiuſdem factionis participum, millia, viciſſim contrucidati. Quem ſtipitem, quem diem, quæ tela ille MARDOCHÆI, cæterorumque popularium cædibus deſtinárat; iiſdem ipſe cum ſuis miſerrimè eſt confectus.

Hic verò contrà; primùm, ſimulatque apud regem, veteris, ob detectas Eunuchorum, quos diximus, inſidias, beneficij, ultrò & pro re natâ, ex Annalibus memorem, in gratiâ eſſe cæpit; quem honorem, ille omnium hominum ambitioſiſſimus, & tam excelſo alioqui in gradu collocatus, ampliſſimum animo ſuo fingebat, ſibique deſtinabat; ipſe, ceu quoddam fidei & iudicij præmium, à grato principe eſt conſecutus. Vt veſte regum byſſinâ, & diademate conſpicuus; equo regis generoſiſſimo & aureis habenis inſigni, à principe viro impoſitus; & per celeberrima urbis compita circumductus; is eſſe glorioſo eiuſdem præeuntis pręconio proclamaretur: *Quem rex tam immenſis honoribus honeſtare voluiſſet.*

Deinde, poſteaquam voti ſui, quod toto regno illi erat potius atque antiquius, compos regina, potentiſſimi & hactenus gratioſiſſimi hoſtis perniciem, (à quâ populi ſui pendére incolumitatem ſciebat,) à rege impetráſſet: & ſanguinis propinquitatem, quâ ſibi MARDOCHÆVS erat coniunctus; & beneficia, quæ ab ipſo acceperat, iam impunè indicáſſet; non modò ipſe in intimam regis familiaritatem admiſſus; & ſecundæ ab eodem dignitatis, palatijque principatu, atque anuli prærogativâ, quibuſdam velut hoſtis ſui ſpolijs, (præter luculentas eiuſdem poſſeſsiones,) eſt amplificatus; verumetiam veſte regiâ & coronâ, purpurâ & torque, ſummæ præfecturę inſignibus, honoratus: & paribus pænè cum Rege auſpicijs, regni Perſici clavum tenere & adminiſtrare iuſſus.

Quâ quidem in poteſtate conſtitutus; & non tam reginæ, quàm regis gratiâ fretus, non

ſolùm

ſolùm Iudæos à propoſito ante oculos interitu vindicavit; ſed tam memorabili etiam clade Iudaici nominis hoſtes, & Amanicæ coniurationis conſcios, ultus eſt, & perſecutus; ut dies ipſe, alterna Sortium viciſſitudine notabilis, feſtam & felicem ſui memoriam poſteris, in liberâ legum ſuarum poſſeſſione collocatis; in multas ætates reliquerit.

Hic mirifici inter duos iſtos, quos dixi, dracones duelli eventus. Hic tam generosæ in MARDOCHÆO adverſus ſuperbiſſimum hominem conſtantiæ fructus. Hoc denique divinæ providentiæ in temperandis mortalium rebus: hoc cum iuſtitiæ in impijs caſtigandis; tum clementiæ in bonis ſublevandis, miraculum ſingulare.

Et quoniam Perſæ ij, qui partim iniquis Amanis imperijs, partim ſuâpte ſponte in innocentem, & veri DEI cultricem, Iudæorum gentem, inſtammati, indignas iam cædes animis ſuis præceperant; & in vacuas trucidandorum fortunas ſpe iotâ avidè inhiabant; manifeſto extrema in DEVM iniuſtitiæ & impietatis crimine ſeſe obſtrinxiſſent; DEVM ipſum proculdubio, qui gentis ſibi dilectæ iniurias non ſolitus ſit umquam inultas relinquere, ultorem experti eſſe meritò debent iudicari.

Et MARDOCHÆVS, atque ESTHERA, ipſique Iudæi, non tam ſibi publicè privatimque intentatam cladem, crudeli tot cadaverum ſtrage redhoſtijſſe; quàm divinitùs inſpirati & animati, manus dumtaxat Iuſtitiæ, ſcelerum vindici, præbuiſſe adminiſtras. Neque id ſine mirifico aliorum indigenarum (qui vel inſontis populi vicem miſerati, vel inſanum ſuorum etiam civium furorem fuiſſent deteſtati) adplauſu & congratulatione.

Quam quidem proborum Perſarum in Iudæos benivolentiam, novo & ſingulari mòx beneficio DEVS compenſavit; & aliquot ex ijs myriades, à vaniſsimâ maiorum ſuorum ſuperſtitione, ad Iudaicos ritus, hoc eſt, ad religioſum ſuì cultum traduxit: Et tot devotorum corporum morteis, longè maiore animarum, æternæ vitæ candidatarum, ſupplemento reſarſit. Ut captivi de victoribus ſuis triumphâſſe; & in corpora animoſque eorum dominari eſſe; non iniuriâ potuerint gloriari.

MARDOCHÆVS verò, præter ſtatum regni, quem AMAN ſuâ improbitate pænè collabefactârat; præclaris legum inſtitutis, & gratioſâ imperij moderatione, priſtinæ dignitati reſtitutum; poſteaquàm regem ARTAXERXEM, qui tredecim, plus minus, totos iſtos (quorum commeminimus) annos, remiſſior, & quietis, quàm rei gloriæve bellicæ cupientior; domi ſuæ in baſilicis otiosè ſplendidéque vixerat: Et ſiqua vel contra Satrapas deſertores, vel contra populos apertè rebellanteis, bella incidiſſent; per legatos non ſatis feliciter geſſerat. ad frugem meliorem, & ad actiones viro forti digniores, tamquam è veterno quodam, expergefeciſſet: Atque ille paſsim imperſonatus, ac ſtrenui ducis officium præſtans, Ægyptios, Sidonios, Cyprios, ſub priſtinæ obedientiæ ditioniſque iugum redegiſſet: & Sidonios quidem, perpetuos & graveis Iudæorum hoſteis, templis inanium Deorum inflammatis; Ægyptios verò, ſingulari ſuperſtitione infameis; API, bove, cæſo, & inter epulas adpoſito, acerbiſsimè eſſet punitus; non modò regni longè latéque ampliati; ſed religionis etiam vindicatæ laudem decuſque reportâſſe iure poſſit exiſtimari.

Ut vero conſentaneum eſſe mihi videatur, fato priùs defunctum eſſe MARDOCHÆVM, quàm & ARTAXERXEM hunc, à priſtinâ morum aſperitate rurſus odioſum; & eius filium ARSEM, cum prole regiâ, perfidioſus ſpado, BAGOAS, è medio tolleret; & DARIVM, quem ALEXANDER Macedo paullò pòſt devicit; in vacui regni poſſeſsionem immitteret.

ORATIO



ORATIO II.

DE IVDÆ MACHABÆI FEDERE, CVM ROMANIS.

(Vide pag. 355. Tomi II. Histor. Vniversæ.)



VOD Mômus, morosior ille actionum gestuumque olim inter Deos censor ac quæsitor, fecisse perhibetur; ut quùm in VENERE, quæ recèns tum è mari emerserat, & mundo suo exornata palàm inspectandam sese obtulerat, nihil obnoxium deprehendisset; emissititios tandem oculos in eiusdem sandalium coniecerit; & illud, uti stridulum, argutoque strepitu molestum, in culpâ posuerit; Idem aut pænè par importunioris censuræ crimen ne mihi pro tempore impingatur, haud iniuriâ subvereri incipio. qui Heroi, divinis cum sacrosanctæ religionis, tum belli victoriarumque laudibus, undequáque cumulatissimo, facti unius labeculam adspergere: & quod probabili utcumque ratione excusare nonnemo possit; quasi crimen imponere, pro re natâ instituerim.

Verùm huic meæ temeritati, (si tam severâ voce compellandum hoc ingenuæ dissertationis institutum) huic inquam criminationi (si criminosa veritatis anquisitio) veniam facilè dabit, sancta illa fortissimi Herois anima, quæ nunc gloriâ & lætitiâ, apud Deum remuneratorem, perfruitur sempiternâ: & immoderatiori cuidam in me divini nominis gloriæque zelo adsignabit; si neque federa cum profanis gentibus coniungenda; aut ab ijs quærendâ sive privatæ, sive publicæ Iudæorum securitatis firmamenta: neque à constante illa in DEVM, assiduum piorum defensorem, fiduciâ, temerè illi recedendum fuisse, coner demonstrare. Neque vos iniquos mihi fore existimem iudices; qui & veritatis inquirendæ studio, & amplificandæ Dei gloriæ cupiditate, ad non inutilem certè huiusce argumenti tractationem passus me sitis induci.

Instituti namque in præsentiâ, illius incomparabili virtute & corporis animique robore Herois, IVDÆ MACHABÆI, societatem, in medio sacri pro aris focisque, adversùs Syros reges, belli fervore, & perpetuo ferè divini ubique auxilij tenore, cum Romanis præsertim federe inito exambitam, culpare; & tum DEO invisam, tum auctori patriæque exitiosam fuisse comprobare.

Quæ quidem caussa quòd latiùs pateat, quàm ut facile sit hic exitum reperire; ne aut ego longiùs excerrem, aut vos ambagibus abrepti, spectato attentionis vestræ favore me destituatis; certos orationi meæ, intra quos decurrat, limites ipse circumscribam. Et primò quidem eas DEVM suę in ASAMONÆOS, sive MACHABÆOS, & in hunc IVDAM speciatim, populi Iudaici Imper. benivolentiæ; & exprompti passim, in prœlijs & alibi auxilij dedisse significationes; ut tantum-non impium fuerit, de externis, sive ad rem bene gerendam; sive ad hostem profligandum, atque à patriæ cervicibus depellendum; subsidijs cogitare.

Deinde, federa illa cum Romanis, tot operum impensis, tam longinquis itineribus, tantâ ostentatione quæsita, non modò nullam reip. Hebræorum utilitatem attulisse; sed cum non obscuro tum patriæ religionis, tum publicę libertatis periculo fuisse coniuncta, atque adeò viam quasi ipsis Romanis, ad consecutam deinceps dominationem, munijsse.

Postremò, ipsum Auctorem, cum fratribus, præmaturas vel adfectatæ privatim ex illiusmodi federibus gloriolæ; vel ignavioris de DEI potentiâ desperationis, pœnas citâ morte, alijsque deinceps posterorum calamitatibus, luisse; conabimur pro virili edocere.

Vt igitur de eo, quod primum proposuimus, sine longiore verborum circuitu, dicere aggrediamur; quæ huiusce sacri belli, & tot prœliorum, quæ Heroëm illum MACHABEVM, divinâ fretum ope. exanclasse innuimus, exstiterit origo: Qui religionis & libertatis Iudaicæ adversarij; quique vicissim vindices; quæ propitij Numinis præsentia, & manifesta multis prodigijs victorijsque erga pios duces propensio; in primis considerandum esse iudicavi.

Sub-posteaquam itaque Iudæi, ex memorabili illâ, septies-denorum, plus minus annorum apud Chaldæos, servitute, patriæ tandem, Templique ruderibus, CYRO Persarum rege favente essent restituti quantumvis popularem principatum Pontificibus suis mandâssent, & Vrbem cum Templo instaurâssent; pro alternâ finitimorum tamen Regum lubidine, varijs etiam deinceps casibus fuere iactati.

Qui nam

Qui namque Persis obnoxij diu permanserant; in eius, qui Persicæ dominationis eversor fuit; Qui PARDVS ille ales & quadriceps, bicornem illum Orientis Arietem (DARIVM) deiecerat, & triplici prœlio superaverat: in ALEXANDRI, inquam, MAGNI & victoris, potestatem quum reciderent, effugere non potuérunt.

Et quùm eo mortuo, opes imperij, latissimè patentis, in Tetrarchiam essent tributæ; sive effracto CORNV illo ingente HIRCI, caprarum ducis, (ut canit DANIELVS) quattuor CORNVA, totidem cœli plagis ubversa, forent enata; hoc est, Regna, Macedoniæ & Syriæ, Asiæ & Ægypti, uno ex corpore decerpta essent & constituta: & novi ambitiosique reges crudelibus inter se bellis odijsque internecinis de principatu dimicarent; factum est ut ipsi (Iudæi) in medio positi, navis in morem, quæ fluctibus utrimque oppugnatur, inter prospera regnorum & adversa, studijs etiam contrarijs distenderentur; & communem hinc inde cladem subinde participarent.

Et primùm quidem à PTOLEMÆO LAGIDE, qui Hierosolymam, inter cætera, dolo circumventam occupárat, inclementer accepti; & in Ægyptum, ceu perpetui exsilij sedem, magno numero sunt traducti: Quos nihilominus PHILADELPHVS F. ad vicies & centies mille liberalissimè redemtos, libertate redonavit: & patrios sacrarum litterarum codices, Græcè ab ijsdem versos, Alexandrinâ bibliothecâ dignatus, Templum etiam Hierosolymitanum ingentibus donarijs honestavit.

Deinde verò exorto inter ANTIOCHVM MAGNVM Syriæ, & PTOLEMÆVM PHILOPATOREM Ægypti, reges, gravi & diuturno bello, dum ille Syriâ, & adfinibus Syriæ provincijs, non contentus, Ægyptum quoque spe & armis tentare parat: hic & amissa vi repetit, & cęterorum usum mordicùs defendit. atque ita implacabili utrimque armorum & animorum contentione, & vari fortunæ eventu, ob alternam earumdem regionum possessionem, disceptatur. Iudæi iam quater mutatæ dominationis vices experti, tandem vectigales & modo non dotales, cætera quieti & suis sibi legibus vivere permissi, annua utrique regum tributa dependebant: Ægyptio interim magis, quàm Syro, qui Romanis tum bellis implicabatur; obnoxij.

Atque hìc demum brevis sanè quædam, quasi Halcyoniorum dierum, tranquillitas, cum regibus peregrè mutuâ clade districtis; tum Pontifice ONIA TERTIO piè pacatéque rem patriam administrante; Iudęorum genti adfulsisse censeatur; quæ in horribiles dissensionum civilium tempestates; in rabiem plusquam barbaricam, brevi scilicet desineret, an erumperet!

Neque hìc mihi temperare possum, quin te, Venerande senex & Pontifex ONIA, patrię religionis columen, publicæ libertatis custodem, Sacerdotij ornamentum, & ceu quoddam aurei sæculi λείψανον: Et, quod caput est, Machabæorum, de quibus sermo nobis omnis futurus, magistrum, quâ possum voce, quâ debeo laude, compellem. Tu huiusce, inusitatæ, tranquillitatis auctor: tu secundorum ventorum rector & moderator: tu, quà fas, quà pote, impendentium malorum, & grassari iam molientis impietatis, averruncator.

Per te, Iudęa tot bellorum ictibus conquassata; tot Regum insidijs armisque appetita; tot tributorum exactionibus detonsa, non labascit, non succumbit, non exarescit.

Per te, beatus & florens reip. Ecclesięque status; qui salutari proceres civesque inter se concordiâ devinxeris; qui leges, certissima civitatum vincula, accuratè observare docueris: qui & pietatem eximiè colueris; & improbitatem, ceu pestem capitalem, sis usque detestatus.

Hinc illa Regum etiam exterorum, & principum; Illa nobilium & copiosorum hominum in Templum munificentia. Hinc illa, ab ANTIOCHO MAGNO, à SELEVCO F. sumtuum, ad ministeria sacraque quotidiana, suppeditatio. Hinc illa pecuniarum, ceu quidam tenuium & adflictorum spirituus, ac vita, in sacris ærarijs depositio.

Hinc denique, quod maximopere miremur, severissimi illi Græcorum, & tantum non μισόξενοι aut saltim ἄξενοι Lacedæmonij, tanto locorum intervallo seiuncti, (ad quos tam eximiæ in Iudæa tum gente probitatis, & reip. per te optimè constitutæ fama permanárit) non modò societatem a te & amicitiam; verùm consanguinitatis etiam, & quidem longiùs ab ABRAHAMI posteris, repetitæ, vinculum, sibi honorificum; legatione litterisque regijs exambiérunt.

At at, quàm subitò illę, quas dixi, civilis impietatis tempestates invalescunt? Ut non-nullorum, sive improborum, sive æmulorum hypocrisis, larvis obtecta, horrendum & exitiale monstrum, mox sese tacitis incrementis in auras attollit! Qui tantam tui, ô ONIA, existimationem apud exteros concitaras, nunc domesticis pænè conscelerati hominis, SIMONIS illius Beniamitæ, mercenariâ Templi præfecturâ nimium quantum præfidentis, & iniqua civitati molientis consilia; insidijs calumnijsque, ceu occultis cuniculis: Te Sacerdotum principem; te bene-merentissimum patrię patrem, perfidiosissimè oppugnari! Perdura. Ille quidem in sacras Templi gazas avidè inhiat, & regios iam ministros, regemque ipsum amplissimæ prędæ spe, complevit; at Heliodorum, istiusmodi facinoris, ærarij, inquam, depeculandi, perfectorem, DEVS tuis tuorumque supplicijs exoratus, immissis de-repentè & de cœlo lictoribus, ita percellet; ut non modò expetitis spolijs inanis revertatur; sed incolumitatem etiam ac vitam tibi, secundum DEVM, acceptam in lucro sit deputaturus.

Et hactenus quidem A. rebus nunc tranquillioribus; nunc turbulentis, sarta tecta semper religio; sacro-sancta Templi auctoritas; inviolata DEI ritè colendi pietas, in Iudæis utcumque perstiterant. Quùm SELEVCO è vivis sublato, ANTIOCHVS Ἐπιφανὴς, an veriùs ἐπιμανὴς, homo & sceleribus nobilitatus, & furore percitus; quem sacræ litteræ *Radicem peccatricis* titulo cohonestát, scilicet; uti qui perniciosissimos flagitiorum

gitiorum quorumvis fructus esset editurus;unà cum regum ipsius auspicio,totius impietatis signum sustollere cœpit,& quoddam quasi improbitatis universæ Asylum construere. Et quùm neque ALEXANDER MAGNVS, licet nefaria supra hominem arrogantiâ inflatus;neque principes successores, ut regijs suos dignitatibus, ita animis immensùm aucti, manus aut arma sua adversus hoc arcanum DEI Testamentum extulissent;sed mutuis tantùm inter se cladibus,non sine viciniæ horrore,sævijssent: tum hic, veteri vaticinio designatus, *Rex impudens facie*; *Cornu* nimirùm illud *exiguum*,quod ex uno quattuor illorum *Cornuum*, quæ de grandi illo suppullularant,ipse à SELEVCO NICANORE,primo Syriæ rege,octavus,ortum haberet; neque tam opibus,quam fastidio animiq; contumaciâ insolesceret;regnis non in Syriâ Eoâ modò,sed in Ægypto etiam meridianâ stabilitis; cum *Fortem ex Israele* aut de statu deijcere, aut indignissimè proterere; tum *Sacrarium Hierosolymitanum cum iugi illo sacrificio*, demoliri, ausu plusquam nefario, & Satanico, est adgressus.

Hic *spem illius divini promissi*,absque quo salvum hominum genus esse non poterat,pænè periclitari. Hic mulierem illam,prægnantem semper utero laborantem,in summo rerum discrimine,lamentis & ululatu adflictari. Hic ab adversariâ illa Sathanæ potestate,validum hoc novi principis *cornu*,in DEVM,sincerosque DEI cultores,in gentem *salutaris Seminis* procreatricem,vibrari videtis.

Verùm abstrusa vicissim & recondita DEI consilia videte. qui suorum flagitijs irritatus, per hosteis nominis sui à populo suo pœnas repetere: in virga iniquitates;in verberibus peccata eorum inquirere & castigare,ex ipsissimâ Iustitiæ formulâ,decreverit.

Et certè quùm omnium ferè scelerum maturitas in hæc tempora erupisse. omnes pęnè in Iudæis, sacri, profani,qui certatim à contestatâ Maiorum virtute & religione ultrò descivisse: ad exterarum gentium mores ritusque temerè, atque adeò lubentibus animis transijsse; & hasce ad res ipso Rege duce & auctore uti voluisse convincantur: quid DEVM, iustum operum compensatorem,& offensæ suæ vindicem, non conquievisse miremur?

Vt namque à malorum capite rem arcessamus,dum impius IASON, ONIÆ pientissimi Pontificis frater, (qui unà cum superstitione gentili, sacrum & patrium IESV nomen,cum Gręco iam tum commutarat) & eius, quem dixi, SIMONIS instigatione, & privatâ sacerdotij summi cupiditate, in præceps actus, regiam gratiam, & Pontificiam simul dignitatem, tum turpissimâ defectione, tum promissa annui tributi mercede,post hominum memoriâ primus sordidissimè esset emercatus;Sacerdotio in ordinem iam redacto, sive potiùs conculcato. Gymnasia & Ephebeia impurę publicarum lubidinum,& Græcorum ludorum officinæ passim exædificari cœpta sunt.

Vetus illa avitæ religionis,ac divini federis symbola; CIRCVMCISIO, vel penitùs interdicitur; vel adductis præputijs oblitteratur.

Cives, quibus superstitiosa Græcarum, seu religionum, seu voluptatum, certamina adlubescerent; in novum ANTIOCHENORVM cognomentum, patritæ appellationis pertæsi,degenerârunt.

Sacerdotes denique, neglectis Templi munijs, palestræ discus exercitationibus præproperè dediti, iam devota Dęmoniorum honori corpora, domi forisque, aptare & denudare non erubescunt. O tristissimam sanctæ olim Civitatis faciem! O capitalis humanę societatis pestis! O bonorum morum pernicies, Ambitio! Quò non mortalium animos, sui & DEI oblitos, cogis & impellis? Tu ad dignitates omnium sacerrimas, quo iure, quâque iniuriâ grassaris: templa sanctissima depecularis & profanas: turbis cædibusque innocentium præcipiteis adfectuum impetus exsatias; & exsatias te numquam.

Quid ego namque hic commemorem, IASONEM eumdem, qui pientissimum fratrem de Pontificatu, iniquissima gratiæ regiæ emtione, deiecerat; & regem, iam Ægyptiæ expeditioni accinctum, Hierosolymæ inusitata honorum magnificentiâ,faustisque acclamationibus acceperat;a MENELAO, (qui SIMONIS illius Beniamitæ frater impietate & scelere erat geminus) vicissim circumscriptum; & translato in se sacerdotio. in Ammanitidem profugere coactum?

Quid MENELAVM, quòd magnificis de pecuniâ regi dependendâ promissis minùs staret, LYSIMACHO fratre, vicariam potestatem capessente, non secius periclitatum! Ni maiore sacrilegij, & procuratæ tum in ONIAM, de Antiocheno asylo protractum;tum in insonteis testeis, cædis, crimine sese obstrinxisset. Et quantumvis Rex ANDRONICVM, tam iniquæ cædis perfectorem, præ iusto dolore morti dedidisset; & LYSIMACHVS intereà, ob sacrilega, & fraternis paria ausa, à furente populo ad Templi ærarium fuisset interemtus; ipse nihilo minus caussam coram rege dicere iussus & apertè convictus, corruptis sacro auro iudicibus, tum sese reum expedijsset, tum in insonteis testeis capitale periculum, vel indignantibus Tyrijs, detorsisset. Quid denique IASONEM rursus, quùm non modò tot cælestibus per aërem divinæ iræ prodigijs. quæ per eos dies Solymis spectabantur; à cœpto non deterreretur; sed falsis de ANTIOCHI, apud Ægyptios denuò belligerantis excessu, rumoribus excitaretur; cum aliquantâ perditorum & barbarorum manu, de-repentè in Civitatem irrupisse; adversarios in arcem compulisse; & , irrito licet damnationis conatu, immani occidione innoxios civeis occidisse.

Et quùm hæc tam intoleranda Pontificum, sive summorum Sacerdotum, fuerint deliria; neque plebem pravi semper docilem, & malorum æmulam, sanıora,aut cum pietate coniunctiora, sensisse, aut lapsu esse meritorii existimet:

Tum vindex ille DEI, cuncta intuentis,OCVLVS, ad ista connivere diutiùs non potuit, quòd ea tantorū scelerū gravitas,non unius ultrices infesti regis manus deposceret;sed pari cū Sodomæ & Gomorrhę supplicio

[illegible] da. nisi [illegible], inter cæteras dilectæ, leniter semper irasci, & sacrosanctum [illegible] relinquere; atque à gravi [illegible] illo, quos in gentes [illegible] suas iras desævire [illegible] furore, usque abs[illegible] induxit.

Sed nunc tempus est, ut illam divinæ Iustitiæ virgam, quâ Civitatem, tot flagitiis [illegible], castigari [illegible] Deus [illegible] oculis [illegible] usurpemus; & ad id, quod nobis propositum est, propiùs accedamus.

Et ecce vobis, ANTIOCHVS ipsa *peccati radix*, quem toties ad sese ultrò impij [illegible] ives, ceu quemdam im[illegible] adi[illegible], ar[illegible]; [illegible] multis nominibus efferatus; & tum Romanorum iniuriâ, per quos ab Ægypto [illegible] quam [illegible] manu teneret, possessione fuerat retractus, tum rumoris de suo ex[illegible] sparsi acerbitate, Iudæorumque in fide nutantium factionibus, ex[illegible]tus, adpropinquat.

Adpropinquat vindex, non tam Iudæos capite & [illegible] oppugnare comparatus; quàm in ipsum etiam Iudæorum DEVM, DEVM DEORVM, à quo illi [illegible] ad externos Græcorum dæmoniorum ritus desciverant, debacchari superbissimè obstinatus.

Quid multis? Vrbe [illegible] per vim captâ, miles in promiscuas cuiusvis sexûs ætatisque hominum cædes à Rege [illegible]. [illegible] Mille ferro mactantur: totidem partim vinculis, partim servilitate multantur. Profanæ manus, & duce quidem, pro scelus! MENELAO, in sacratissimum Templum inferuntur: ornamenta, & vasa omnia, prisca Regum, gentiumque, etiam profanarum, donaria ex arcanis adytis eripiuntur.

Neque hîc stetit effrenata Regis insania. sed recente etiamnum vulnere, & Civium luctu (quamvis præstrenuos suæ crudelitatis ministros, PHILIPPVM Hiero[illegible], ANDRONICVM cum MENELAO S[illegible], tantum digrediens, reliquisset) submissi cum [illegible] copijs APOLLONIO, inauditâ rursus hominum strage, [illegible] direptione, murorum ruinâ & [illegible] Vrbem iam pæne vacuam, exhausit & de[illegible]avit.

In S[illegible] ARCEM, muris turribusque firmissimam, quam imposito ex impijs perfugis præsidio concit[illegible], [illegible] multitudinis conatibus objiceret; [illegible] veriùs, ceu quoddam rapinarum [illegible] receptaculum, & impendens Templo, Templique cultoribus offensaculum, constitueret; exædificandam curavit.

Hinc quotidianæ innocentium cædes: assiduæ civium fugæ: & invalescens exterorum Barbaries, cum Templo solitudinem, tum Vrbi vastitatem invexit. Hinc pij plerique, ASIDÆI, ducem IVDAM MACHABÆVM nacti, in loca deserta secedere, inter feras vitam in montibus agitare, & [illegible] radicum herbarumque victu sese sustentate, maluérunt; quàm vel miserabilem Vrbis Templique faciem oculis coràm usurpare; vel sese detestandæ impietatis contagione inquinare.

Ecquis est vestrum, A. qui ex communi hominum opinione ista, quæ audistis, mala omnium esse gravissima non deputet? Publicarum privatarumque opum direptionem, promiscuam hominum [illegible], libertatis oppressionem, miserandos cuiusvis ordinis lamenta, domorum incendia, fugam denique, & tristia inter feras exilia.

Quis est qui gravius quid ad ista accedere, aut à quoquam vel sævissimo tyranno excogitari posse, ex[illegible] Levia [illegible] hæc [illegible] Piorum Iudæorum iudicijs. Tolerabilis hæc [illegible] corporis fortunæque bonorum iactura visa est, præ ijs, quæ rex scelestissimus; licet divini furoris pro tempore administer [illegible] instigante ad leniorem illam Domini Dei iram, (quâ non perdere penitus suos, sed acerbiusculè [illegible] vellet) addere [illegible]tavit.

Quid enim aliò spectabat, quod decreto, Vetita edicto regio sacrificia; anniversarias dierum celebritates, [illegible] patriarum legum instituta? Quid [illegible] gehenna palam introductus; Dionysiorum aliarumque [illegible] obscœna; Idolum denique detestandum, IOVIS OLYMPII statuam, in Templi [illegible] [illegible] violato, collocatam? Quid pœnam mortis ijs, qui tam nefarijs iussis parere detrectarent, intentam? Matres cum liberis, clam circumcisis, de muro præcipitatas: & Sabbatari[illegible] feralibus flammis ustulatos? Non ut omnis DEI OPT. MAX. memoria in hominum animis [illegible]retur; [illegible] salutis & immortalitatis spes præcideretur. & sublatâ vitæ præsentis libertate, plenum Salutis [illegible] corpo[illegible] animosque [illegible] perderet. Verùm, ô clementissime Iudæorum DOMINE, gentis tibi præ cæteris olim dilectæ DEVS: quem ad finem severissima tui furoris flagra in populum, hereditatis tuæ partem, pergis effundere? Tu olim Maiores, si quam culpam [illegible] sent, vulnerabas & medebare: tu percutiebas, & manus tuæ sanabant: tu deducebas ad inferos, & reducebas. In præsentiâ verò, non pro paterna [illegible] misericordiâ castigare, sed morti penitùs posteros tradidisse videris. Respice ad lacrymas, ad ieiunia, ad preces Ecclesiæ [illegible] per [illegible]es, & exsulantis. Commoveat tandem te si non corporum adflictorum; at animarum in interitum [illegible], piæ [illegible], [illegible] miseratio.

T[illegible] sordet tui in Hierosolymis sacraria nefandis impiorum comissationibus; [illegible] torum [illegible] hemis gentium ovationibus perstrepunt. At vicina montium tesqua, P[illegible] profugorum [illegible]eris & fletibus, castis & assiduis obsecrationibus, & [illegible] ad [illegible]norum hominum [illegible] resultant.

Nulla quidem in Templo olim tuo, tui, vel statis [illegible] castis, vel votivis piacularibusve victimis,

 placandi,

placandi, datur potestas. Sed ecce tu[illegible] [illegible]erdo[illegible] [illegible] capillis, quàm pia prud[illegible] [illegible]num [illegible] qu[illegible] [illegible] p[illegible] [illegible] rit nunc [illegible] corpus [illegible] [illegible] ea pe[illegible] [illegible] & [illegible] xiæ [illegible] sanctissimis tuis legibus, u[illegible] & lubens [illegible]blat[illegible]m venit.

Ecce tibi septem-geminos fratres, pudicissimæ S[illegible]lemonę fi[illegible]s, Ele[illegible] ma[illegible] tatis modo, sed virgini[illegible] etiam flore[illegible], tibi devotum. Qui unà [illegible] [illegible] tot pœnarum in singulis liberis [illegible] spectatrice; singulorum a[illegible] per[illegible]endo[illegible] & carnificum victrice; corpora [illegible] inhumanissimis à Tyranno suppliciis excru[illegible]iata, [illegible] legali sacrificio puriores, traditum tibi & immolatum eunt. Atque [illegible] contendunt; ut hac[illegible] quasi piaculari victima placatus, & [illegible] [illegible] vi[illegible]sim ab illo iniusto iustitiæ, iræque tuæ administro, rege[illegible] pœnas q[illegible] [illegible] re- poscas.

Hi miserabiles mulieris illi[illegible]s, uterum gestantis partu[illegible]que v[illegible], cui Draco [illegible] ru[illegible]us. hiulcis semper in fœtum recentem faucibus, omni iam me[illegible]o[illegible]a, iu[illegible]en [illegible] clamores tete tamquam è veterno expergefaciant; & fede[illegible]s tibi cu[illegible] v[illegible] n[illegible] riam exsuscitent. Neque enim in populum tuum modo, li et n[illegible]en[illegible]m hæc ca[illegible] tempore status ignominia redundat; sed spectata tot ante s[illegible]ulis, & apud pr[illegible] mul[illegible]s olim prodigijs celebrata, tua *divini nominis* gloria & maiestas, [illegible] ibus dæm[illegible] [illegible] præ- sens concessisse; & quasi in ordinem redacta esse, in periculum etiam ven[illegible]e vulgò cen[illegible]at[illegible]

Iam te[illegible]pus est, ut id, quod tuo instinctu adflatus, & h[illegible]um [illegible]mpo[illegible]um pr[illegible] [illegible]o- lim DANIEL[illegible]s ad exitum perducatur. *Ut quum corruerint*, præ impij & [illegible]pudentis [illegible] tyran- nide [illegible] *tot inter Iudæos homines*, & morum vitæque integritate, & avitæ religion[illegible] stu[illegible] p[illegible] tes; Nunc *parvulo auxilio*, quo occultior tui *Numinis potestas* magis magi[illegible]qu[illegible] elucesc[illegible]t [illegible] liquando sub[illegible]ventur. Hoc est; aliquot ex ASAMONÆA st[illegible]p[illegible] MA[illegible]HABAI[illegible] qu[illegible] & no[illegible] sis, & militaribus vexillorum symbolis, *Neminem tui similem in fortibus e[illegible]e*, testabun[illegible]; te a[illegible] rem bene gerendam instigentur. te auctore & adiutore, Templo tuo sanctitatem, Sacerdo[illegible] tatem, Patriæ libertatem cum religione re[illegible]ant.

Atque hic nos quoque A. una cum I[illegible], animo[illegible] tam lamentabi[illegible] tot cladium rerum[illegible]q[illegible] ad- versarum commemoratione hactenus deie[illegible]os eriga[illegible]us. & quæ pòst tàm hor[illegible]ndas ten[illegible]at tyrannicę procellas optatissima divinæ opis aura & salutis serenitas effulserit. Q[illegible]am aper[illegible] commutatæ, criminibus suorum iam satis superque expiatis, voluntatis, & expro[illegible]tæ in P[illegible] pe[illegible] res benivolentię significationes dederit; intueamur.

Solenne est supremo illi, cælitum mortaliumque rectori Deo, Principum rebus, ubi nim[illegible] secundæ esse videntur, ijsque immoderatiùs illi exsultant; ita illudere contrà & in[illegible]re; ut ea quę hominum iudicio infima sont & pæne contemta, ijs, quæ sum[illegible]a & in ex[illegible]so glorię fas[illegible] collocata esse putant, interdum non opponat mo[illegible]ò, aut exæquet; sed quod[illegible]am etiam quasi [illegible] num imponat. Quid enim arrogantissimo regi [illegible] ANTIOCHO[illegible] quem sine [illegible]anibus [illegible] Deus prædixerat; acerbius accidere potuisse existimemus; quàm [illegible] qui in rebus [illegible] bi[illegible]s, & alta cum vicinis Regibus c[illegible]ncordiâ, tutus sibi esse vide[illegible] [illegible] de Iudææ, qu[illegible] non [illegible] manu, quàm sub cultru, quod aiunt, tamdiu habuisset, possessione, a paucis ubi[illegible] [illegible] nom[illegible]s ex[illegible] nec sine crebertimâ exercituum Ducumque suorum clade; nec sine [illegible]rgente eius Dei, cuiu[illegible] & sacra violârat, auxilio, de[illegible]p[illegible]tè deturbari!

Quum namque ex Hierolo[illegible]s MATATHI[illegible]s, Sacerdos, [illegible] [illegible], in m[illegible]nt[illegible] na[illegible] Urbeus profugisset; atque ibi in perpetuo, ob Templum legeq; eversa[illegible] mærore consideret, & [illegible]be[illegible] ab emissarijs, regiæ crudelitati & im[illegible]ietatis administris, ad sacra consecrata, pr[illegible] is e[illegible] amicitiæ, aliorumq; commodorum promissis invitatus: & cæteræ plebei, ipse, uti & [illegible] auctori[illegible]at[illegible] opidi facilè princeps, pr[illegible] iussus; non mod[illegible] infractâ anim[illegible] c[illegible]nt[illegible]a recusa[illegible] rolam etiam tribulis Iudæi, qui[illegible]ans tàm nefari[illegible] see ere ipsius civiumque [illegible]los pala[illegible] fœ[illegible]ar[illegible] non minùs audaci Apparitoris regij, qui litare & libare iu[illegible]erat, cæde cumulavit.

O fausta publicæ libertatis initia! O admira[illegible]le[illegible] in Sacerdote & sene anim[illegible] [illegible] ctus incre[illegible]ibili [illegible]næ legis zelo inflammatum! P[illegible]ge sanctissime senex, [illegible]lerum u[illegible] cult[illegible]r[illegible] T[illegible] Templi vindicem, te populi defens[illegible]rem, te tyrannidis exterminandæ a[illegible] ce[illegible] delegit. Pręluce facem audendi liberis. sustolle signum bonę spei & libertatis civibus. Q[illegible] [illegible]n salvam; qui rel[illegible]gionem sartam-[illegible]ctam cupiant; te ducem, Urb[illegible] [illegible] v[illegible] nu[illegible] te s con[illegible]q[illegible]ntur Te Principem, qui iura dicas. te Sacerd[illegible]tij antistitem qui advers[illegible] [illegible]ter[illegible] tran fugas [illegible]ont[illegible]ces, pro Templo [illegible]tes, & propugnes; [illegible]enunt[illegible]bunt.

Adversar[illegible] [illegible]uden[illegible] vi[illegible] t[illegible] cupi[illegible] excæcati vel per aspera mon[illegible] iuga p[illegible] f[illegible] P[illegible] manu[illegible] be[illegible] pe[illegible]r ur, neque p[illegible]uc[illegible] ex ijs le[illegible] P[illegible]æ e[illegible] ten[illegible] eire[illegible] ve[illegible]s, n[illegible] labunt[illegible] I[illegible] exemplo alieno ad pugna[illegible]um cau[illegible] undiqu[illegible] As[illegible]Æ[illegible], pietate & a[illegible]s præstantium virorum, cœ[illegible] [illegible]r; n[illegible] [illegible]ecubus in plana [illegible]umpere; sed ar[illegible]a etiam pal[illegible]m [illegible]umferre, iustam [illegible] [illegible] Pa[illegible] legis [illegible] saevitiemque exer[illegible] [illegible].

[illegible] q[illegible]d [illegible], aras [illegible] [illegible] detestabileis, fund[illegible]us [illegible]urb[illegible] in sis, testem divini federis notam inures legum denique veterum instituta, [illegible]

coërcita, figes, & redintegrabis.

Plura ausurus, nisi mors, matura quidem, sed tàm pijs & heroïcis ausis planè importuna, te in medio cæptæ victoriæ, & restitutæ, apud tuos præsertim Modinios, religionis cursu, ex hâc hominum vitâ eripiat, & Patribus tuis adponat. Liberi tamen, tui & præclaris antè mortẽ exhortationibus, exemplisq́; & munijs hereditario iure distributis; & suâ sponte, mutuáq́; voluntatũ cõsensione satis animati, non solũ in vestigia tua insistent; sed eius etiam, quem præ cæteris, uti robustissimum principem, olivo ad prælia militiamque inunxeris, IVDÆ MACHABÆI auspicijs, copijsq́ue fidissimorum virorum immensùm auctis; non sine propitio Deo, partæ tuâ virtute, & quasi in manus traditæ libertatis & dominationis terminos longè lateq́ue propagabunt.

Nunc itaque ad fortissimum illum Heroëm, cuius gratiâ hæc omnis à nobis instituta est disputatio, pervenimus. Cui tàm apertis benivolentiæ indicijs, tàm singularibus beneficijs Deum usq́ue adfuisse; & in tot tantisq́ue præliorum eventibus, quæ sub tribus Syrorum regibus, EPIPHANE, EVPATORE, ET DEMETRIO, pro aris & focis illi continenter fuére exanclanda, in merâ etiam interdum humani præsidij solitudine; tàm adsiduum fuisse adiutorem, declarabimus; ut nec sine aliquantâ divinæ potentiæ iniuriâ; nec sine probabili publicæ libertatis & religionis periculo, sociale fœdus cum Romanis eumdem posteà exambísse, & fecisse doceamus; & id quod initiò probare instituimus, evincamus.

Ille itaq́ue principatum, suæ virtuti fideiq́ue à Patre commissum; & eorum omnium, qui tàm sanctæ societati nomina certatim iam dabant, suffragijs confirmatum, à pietate & divini Numinis obtestatione exorsus; & armorum quidem apparatu Gigantem; animi autem alacritate Leonem præferens. quùm initiò in impios Patriæ perturbatores ferro flammaque fuisset grassatus; & castellis, hîc ibi, expugnatis, non exiguas hostium strages edidisset; tum ijs demùm iustis quater prælijs, & consertâ manu, tiro adversùs exercitatissimos regis EPIPHANIS duces; ipse cum paucis, adversùs innumerabilem Militum vim, dimicavit. quæ omnia & Dei iram misericordiâ iam mutâsse; & auxiliatorem humanis viribus ampliorem Pio Duci adesse, pænitùs arguerent.

Apollonium cum ingentibus exterarum gentium, & Samaritarum, desultoriæ & semper infestæ nationis, copijs, adventantem excipere. De eo victoriam, & eodem cæso, gladium, ceu opima quædam spolia, reportare: atque ita eum iustâ oppressæ olim civitatis pœnâ multare; divinæ opus esse dextræ quis inficias eat?

Seron, Syriaci exercitûs Princeps, quem vehemens & nominis bello parandi, & iniuriæ ulciscendæ cupiditas, cum longè ampliore Syrorum & persugarum numero adversùs paucos, & itineris, & ieiunij longinquitate debilitatos, ad Beth-oron usque proripuerat; unicâ pænè IVDÆ ad suos voce, sed auro & gemmis dignissimâ; *Non in multitudine bellatorum; sed in Dei manu, qui paucos protegat, suam esse victoriam*. Et ipse subitò oppressus; & exercitus, amissis octingentis, turpi fuga dissipatus: quid nisi Deum clamant auctorem?

Et quùm hâc tàm insignium IVDÆ facinorum gloriâ; tàm acerbâ suorum clade, rex magis magisq́; irritatus, totius pænè regni vireis concitaret; & annuo stipendio milites undiq́ue conquisitos sibi auctorare contenderet; quis non admirabili eiusdem summi Numinis providentiâ factum esse facilè animadvertat; ut is, qui regnis Asiæ opulentissimis imperitaret; qui tàm opimis Iudæorum & Templi spolijs; tot tributorum exactionibus continenter sese collocupletâsset; nunc præ subitariâ ærarij difficultate, & pecuniæ inopiâ à cœpta propemodum in Pios Iudæos expeditione desistere: & è longinquis Persię regionibus, belli in eosdem continuandi adiumenta conquirere cogeretur? Et bipertitis copijs, ipse quidem in viam, quam dixi, sese daret; Lysiæ verò belli intereà imperium, & acerbissima de Iudæis funditus & semel exterminandis, mandata relinqueret.

Sed & hosce utriusq́ue, regis & ducis, diversis in partibus, conatus, quàm manifesta eiusdem Numinis potentia elusit, fregit, & insperatâ utrimq́ue ignominiâ cumulavit? Quàm optato fecundissimorum prœliorum eventu; quam incredibilibus tropæis IVDAM, Iudæorum, sive potiùs paucorum ex Iudæis pietate & constantiâ delectorum, Imperatorem, amplificavit?

Destinat LYSIAS, ceu præstrenuus regij imperij administer, non coërcendis IVDÆ, iam apertè rebellantis, posthàc molitionibus; sed Iudæorum genti penitùs exscindendæ, tres summi nominis Duces, PTOLEMÆVM, GORGIAM & NICANOREM, cum lectissimis quadragies peditum, & septies Mille equitum copijs. Qui odiosissimam regionem ab summo & imo evastent: qui publicę libertatis auspices ultrice manu persequantur: qui Hierosolymam cum Templo, ne relictis quidem vestigijs, exscindant: qui indigenas sub hastâ acerbissimis præconum vocibus venaleis subijciant: qui novos denique colonos, à contestato veri Dei cultu alienissimos, in vacuam sacræ terræ possessionem importent.

Confluunt prætereà undique, è Syriâ, ex maritimis Asiæ emporijs, avarissimi hominum Mangones; non gladijs, sed à pecuniâ parati; non armis, sed compedibus onusti; qui mancipia scilicet, vilissimè, vix talento in nonagena capita adpenso, licitati quoquo versum asportarent: & bis Mille talentorum tributum, quod Romanis iam tunc rex ANTIOCHVS debebat, luculentè exsercirent.

Quas vireis huic armatæ Asianorum militum crudelitati; quos dolos huic immani Ducum & Mangonum cupiditati, in tantâ persugiorum inconstantiâ, in probabili sociorum formidine, opponat Iudas! Hierosolyma iacet deserta; Templum profanis pedibus conculcatur: Arx in Sione ab alienigenis, ceu quædam *intenta omnem in occasionem specula insidetur*. At *Virtus omnis, qua* bello intertita *in Deum fertur auctorem, animis mortalium ex alto immittitur*. Itur à pauculis illis ad pias preces, certissimum divini auxilij perfugium: Ieiunium & solennis corporum adflictatio in Masphâ edicitur:

ſacrorum codicum monimenta expanduntur.

IVDAS muneribus inſtruendæ aciei diſtributis, & cum quadrigâ fratrum communicatis, nequid victoriæ curſum, aut divinæ in prœlio opis tenorem interturbet; ex divini præcepti formulâ, inutilem hominum turbam, quos vel temerarius belli rumor, & animorum impetus excitârat; vel qui cogitationes ſuas, hi in interruptâ ædium novarum ſubſtructione, vinearumve conſitione; illi in ſperati coniugij pactione defixas haberent. In quibus denique periculi Martij formido degeneres animos deprimeret; à ſe ſuas quemque domos dimittit, & cætera Deo ipſi permittit.

Quid pluribus? *Spes illa in Deo potiùs, quàm in hominum manibus collocata*; hinc IVDÆ, quem vix ter-mille, pænè inermes, comitarentur, caſtra hoſtium, ab omni armorum genere firmiſſima, non ſine ingenti eorum clade, expugnanda, & mòx diripienda præbuit: & GORGIAM, ſuo-ipſius ſtrategemate circumventum, in fœdam fugam coniecit.

Indè, NICANORE, TIMOTHEO & BACCHIDE, ingenti occidione profligatis, ut victores & vulnerum expertes, Iudæi Deo Opt. Max. victoriarum auctori, epinicia concinerent, effecit.

Quę quidem gratorum in victrice gente animorum pietas, & divini beneficij memoria, mòx, ad maiora & libertatis & religionis reciperandæ auſpicia, ianuam viſa eſt aperuiſſe. Quùm non modò LYSIAM proregem, qui novo & auctiore, ad ſexagies peditum, & quinquies Mille equitum, exercitum, ſuperiorum cladium iniuriam ulturus advenerat; IVDAS, cum decem virorum Millibus (quos ipſe & generoſâ cohortatione, & fuſâ ad Deum deprecatione corroborârat) promiſcuâ ſtrage cecídit. verumetiam, uti non tàm armorum, quàm ſacrorum dux, Dei gratiâ, feliciſſimus, audiret; ad inſtauranda, & à profanis ſordibus vindicanda religioſiſſimi Templi ſacraria, vertente tùm commodum profanæ violationis triennio, animum manumque adiecit.

Iam Ducibus ANTIOCHI tàm crebrâ clade reiectis: iam Templo in priſtinæ ſanctitatis ſplendorem vindicato; quieſcere Iudæi poterant: niſi impotens & vetus vicinorum populorum invidia, quæ tàm inſperatâ felicitate concitabatur, quieſcere non potuiſſet: Et Deum partim ad pœnas, de tot ſcelerum cum impio ANTIOCHO communione; de tàm feralibus in agnatos odijs, repetendas. Partim ad novas lectiſſimo duci victoriarum adoreas, quæ ſemper cum divini nominis laude eſſent coniunctiſſimæ, ex ſeſe debellatis comparandas, irritâſſet.

Idumæi cum Acrabatenis, exercitæ in tribuleis immanitatis: Beanij, inſidiarum in itineribus poſitarum: Ammonitæ, initæ cum Duce TIMOTHEO ſocietatis: Galaaditæ & Phœnices, infeſtę in vicinos incurſationis: Carnainitæ, vexatorum municipiorum, & prębiti perfugis receptûs: Ephronitæ, tranſitûs ſupplicibus & commeatum petentibus, contrà ius gentium, denegati; Alij denique aliarum iniuriarum, partim IVDÆ MACHABÆO; partim eius fratribus, æquiſſimas pœnas, varijs belli offenſionibus, exſolvêrunt: Et, quod factum nollent, ingentibus ſpolijs & gloriâ, victores, qui neminem tot expeditionibus, tot prælijs, tot urbium oppugnationibus, *Deo protegente*, amiſiſſent; *egregiè collocupletârunt. Eximia certè propenſiſſimæ in Aſamonæos iſtos Dei benevolentiæ & auxilij argumenta. quorum fide & dextrâ bella ille ſua depugnaret; iniquos nominis ſui hoſteis debellâret; ſalutem deniq; Iſraelis procuraret.*

Quæ omnia ne iterùm reduce è Perſis ANTIOCHO periclitarentur; aut nova Iudææ, vix reſpiranti, à Rege, novis ſcilicet Orientalium pecunijs inſtructo, bella intentarentur; idem ille IVDÆ, populique ſui defenſor Deus, non ſine admirabili potentiæ ſuæ prodigio, providit, & avertit.

Illum namque, qui inmani anteà ſupra humanum modum arrogantiâ inflatus, fluctibus maris imperare; alta montium iuga adpendere; & cœli ſidera vertice contingere, ſibi videretur. & nunc non inglorius modò è Perſide, ob tentata in ſacras ibidem ædeis ſacrilegia, reverteretur; ſed accepto etiam de tàm crebris ſuorum in Iudæâ cladibus, de gentis rebellione; de glorioſis Iudę, qui Templum cum Vrbe reciperâſſet, facinoribus, nuntio, graviſſimè perculſus; diras ceu geminati doloris & furoris faces in Hebreum populum evomere accelerabundus inſtaret.

Illum, inquam, princeps ille principum, & regiæ ſemper ſuperbiæ ultor & vindex Deus, plagâ primùm inſanabili, & diris viſcerum torminibus, tentavit: deinde, dum nihil de priſtinâ animi in Deum, Deique cultores, ſævitie & minis remitteret, de curru delapſum tàm graviter humi adflixit; ut tabo undique diffluente vermes è toto corpore erumperent: & ipſe præ tetri odoris gravitate ab omnibus deſertus, vix tandem, humanæ fragilitatis memor, imminentem ſibi & ultricem Dei manum agnoſceret: nihilque non ſanum ore promitteret: & magnifica, ſi evadat, de amplectendo Iudaicę religionis cultu; de Templo inſtaurando; de populi liberrate, vota ſuſciperet: ſceleſtiſſimam denique, & omni ſimulationis fuco, imbutam animam, exeſo iam funditùs corpore; in montibus exhalaret.

Illam peccati radicem, quę Veritatem proſternere & exterminare in terrâ adnitebatur, iacére proſtratam. Cornu illud, quod in Ortum & in Meridiem magnitudine ſuâ inſurgebat, effractum eſſe & depreſſum; Qui forteis deijciebat, & ſtellas cœli, proculcabat; deiectum, & quovis fimo viliùs conculcari, intuemini. Exciſâ ſtirpitùs radice, quem reliquum malorum fructuum metum exiſtere: Quam non & Iudææ in poſterum ſecuritatem; & Iudę à continuis bellis requietem, eſſe partam, exiſtimetis? Quùm pręſertim in ipſo fatali ſibi horæ articulo ſupplices, & omni humanitatis genere refertas, rex idem ad S. P. Q. Iudęorum litteras ſcripſiſſet; & Filium cognominem, heredem, qui ex æquo ſcilicet & bono remp. deinceps gereret, obnixè commendaſſet; eique ab ipſis fidelitatem depopoſciſſet?

Sed bella,

Sed bella, & copiarum magnitudine longè prioribus horribiliora, & apertissimis divini auxilij indicijs, ac clariore Numinis præsentiâ, longè magis admiranda, tum instigantibus regis pueri moderatoribus; tum satagentibus Asamonææ familiæ æmulis, confestim exarserunt. Et primum quidem cũ quinque regis EVPATORIS (qui bono scilicet genere, & Illustri Patre procreatus esse gloriaretur) ducibus; deinde cum Rege ipso, MACHABÆIS iusto prælio fuit confligendum. Sed nihil arduum, nihil terribile generoso duci, qui *omnem in Deo* belli victoriæque *fiduciam* defixam usque habuisset.

Ipse GORGIAM, cæsis passim tum advenarum, tum Idumæorum, quadraginta plus minus milibus, *Deo iuvante*, profligat. Cum TIMOTHEO, qui anteà victus, præter lectissimum Asiani equitatûs florem, & irâ superbiâ mistam, ceu certaminis ducem, secum adduxerat; ipse solenni ad Deum perfugio, velut victoriæ sponsore, fretus, prælium committit: Et in medio pugnæ ardore, quinque de cœlo equitum, ex quibus duo armis ipsum suis circumseptum tuebantur, & in hostem cum telis fulmina iaciebant, præsidio; non tantùm hosteis, cæcitate confusos, ingenti strage cecidit; sed & Gazaram, Vrbem munitissimam, quò TIMOTHEVS idem confugerat, evastavit.

LYSIAS, qui totum regni robur concitâsset; & coactis octoginta Millibus, præter equitatum & elephantos, Vrbi & Templo extremam cladem minaretur; tùm IVDÆ, eiusque comitum precibus ad Deum, & lacrymis; tum equitis cuiusdam, qui candidâ in veste præibat, & armis aureis hastâ vibrabat, auspicio; copijs aut deletis, aut magnam partem saucijs, profligatus & in fugam conversus; animadversâ Dei virtute, & depositâ animi ferociâ, ad mentem redit: & fœdus, partim rebus componendis induciarium; partim cum liberâ & quietâ Patriæ religionis exercitatione coniunctum, & regijs Romanorumque literis confirmatum, non sine eximiâ auspicis IVDÆ gloriâ, procuravit.

Hanc tamen paucorum mensium quietem, dum & Ducum quorumdam improbitas, & livida gentium cum Iudæis permistè habitantiũ nequitia, interturbat; præter TIMOTHEVM & GORGIAM, iustâ iterum acie debellatos, miserabili multarum civitatum strage, & vastâ perfidorum incolarum cæde, ea acerrimè fuit vindicata.

Quumque pauci ex Iudæis, ob donaria, præter legem è templis profanis furto sublata, in prælio corruissent; & deprehensi, Deum scelerum utrimque esse vindicem, palàm fecissent: tum hunc precibus placari; tum illis iam demortuis piaculari Hierosolymæ victimâ parentari, non sine laudabili Ducis Iudæ in defunctos pietate, est decretum.

At quid hic multis Regis ipsius expeditionem commemorem? Qui, dum Iudas arcis Sioniæ, quam præsidiarij Macedones tot iam annis insederant, obsidionem parat; ad bellum suscipiendum instigatus, & numeroso exercitu, qui centenis peditum, & vicenis equitum Millibus, preter elephantos currusque falcatos, constaret; multa frustrà molitus, non modò re infectâ, & accepto maximo detrimento, cum Iudæis pacem fecit; & Templum sacris muneribusque honestavit; verumetiam cum MENELAVM, illum malorum omnium auctorem, qui Pontificatum decennio gesserat, capitali pœnâ affecit; tum IVDAM amicè amplexus, finibus Principatûs à Ptolemaide ad Gerreuos usque extensis, amplificavit.

At, ne sine adversario piorum marcescat virtus, novus rex nova bella molitur. DEMETRIVS, sublato per vim ANTIOCHO Patruele, in Syriæ iam regnum successerat. & ab ALCIMO, qui pòst excessum MENELAI sacerdotio fuerat potitus, ad bellum IVDÆ, quem pessimè oderat, facessendum, partim calumnijs, partim muneribus sacrilegij obnoxijs, excitatus, inter cæteros Duces, NICANOREM cum iustis copijs submiserat.

Atque hic post aliquantam certaminum periclitationem, primùm cum IVDA, cuius virtutem suspiceret, amicitiam contrahit: deinde efferatior ex amico hostis eumdem capite & fortunis oppugnat: neque sine impientissimis in Deum Templumque maledictis, captivum à Sacerdotibus reposcit.

Quid hic IVDAS, cuius caput tot insidijs, tantâ armorum vi, tanto furore peteretur? Exiguam suorum, vix ter Mille, manum, tum saluberrimis cohortationibus incendit; tum recentissimi somnij commemoratione in lætitiam dedit. Visos sibi ONIAM Sacerdotem, & Vatem HIEREMIAM, manibus supinis Deum pro publicâ populi Templique incolumitate deprecari: & gladium, sanctum Dei munus, sibi ab eorum altero porrigi, quo Israëlis adversarios profligaret.

Neque vana certè somnij fides. Dum pij milites manu quidem depugnant; sed interiore animorum adfectu Deum, victoriæ datorem, deprecantur; triginta quinque hostium Millia, ex quibus ne cladis quidem nuntius superesset; uno veluti impetu prosternunt. NICANORIS, qui ceu quoddam omen pugnæ primus manu Iudæ ceciderat, caput recisum & manum dextram: illud in Deum impiè contumax; hanc in Templum cum minis olim intentatam, in Templo, & in Arce, ceu quædam non indigna superbi hostis ludibria; neque incerta vindicis & auxiliaris Dei monimenta & tropæa suspendunt: & laudes eidem Deo debitas anniversariâ Victoriæ celebritate frequentant.

Et hactenus quidem A. IVDAM MACHABÆVM, tot bellorum expeditionibus felicirer & cum laude perfunctum: iàm sanctâ memoriæ gratiã; in Deũ auctorem & auxiliatorem animi pietate spectatum; optimè de populi Hebræi libertate, de Templi religione promeritũ; ne Momus quidem ille vel levi criminis suspicione audeat perstringere. Neque ego certè tàm illustri generosissimi Herois nomini, tamẽ; præclaris facinoribus labeculam adspergere ausim; nisi vos ipsi, eum, qui tot divinæ ergà se benivolentiæ, ac præsentissimi numinis, & recentibus quidem, omnique hominum memoriâ maximè admirandis vi-

ctorijs, ſignificationes; tot de cœlo illuſtrationes perſenſerit; ſine aliquantâ vel diffidentiæ, quæ impietati adfinis ſit; vel adfectatæ privatim gloriolæ, notâ; (ut alia prætermittam) externa, ſive regum, ſive populorum profanorum, ad rem patriæ ſtabiliendam, ſubſidia requirere non potuiſſe, aut debuiſſe, iudicetis.

Inaudit ille Romanorum nomen, quorum fama iam Europæ & Africæ terminis ita contineri non potuit, quin tranſmiſſo mari, quaſi alis, aut velis provecta, etiam uſque in Aſiam penetraret. Illos virium potentiâ pollére: ſocietatem cum quibuſvis conſtituere, & ſociorum poſtulatis acquieſcere: Galatiam cum Hiſpaniâ tributarias ſibi feciſſe: Regum partim adverſanteis, vi armorum edomuiſſe; partim in fidem acceptos, annuo tantùm vectigali onerâſſe. Et quùm victoriæ gloriam ſibi vindicent; ſocijs auxiliaribus ademtas civitatium dedititiarum poſſeſſiones ſubinde tranſcribere. hos denique regnis exuere; illis regna dare, aut tueri.

At quò novam hanc in homine Hebræo, ſacris bellis indurato, & rerum humanarum contemtore; iuſtiſſimo tot Dei operum & beneficiorum admiratore; hanc, dico, peregrinæ Romanor. gentis admirationem, ſpectâſſe tandem puteris? Et qui externo iſto tàm inanis gloriæ, aut famæ potiùs, ſplendore aciem ſibi non tàm oculorum, quàm mentis præſtringui patiatur; quid eum nunc aut rectum videre, aut ſanum conſtituere potuiſſe exiſtimetis? Impium certè ſit, putare, Deum tot prælijs quaſi fractum; tàm crebris auxilijs debilitatum; tot ceu importunis ſui Numinis implorationibus fatigatum; ſuccenturiatos ſibi Romanos, & quaſi feſſo Herculi recenteis Atlantes, ſui in ope Iudæis ferendâ muneris vicarios, ſubrogare voluiſſe.

Aut ſpe igitur, aut metu, ad fœdus hoc novum, & quidem cum gente tàm longinquâ, ineundum, commovéri, ô MACHABÆE, te fuit neceſſe. Si metus, qui in virum fortem & conſtantem cadere poſſit; homini condonemus. Et fortè-an, præter cæſas nuper ad internecionem regis DEMETRII copias; ob ſævitiem illam inuſitato modo in regium ducem NICANOREM exercitam; longas illas, & ſemper in ultionem promtas irritati regis manus expaveſcebas.

At victoriam iſtam, & pœnas de tàm nefario, & in Deum maledico duce, exactas, divini muneris eſſe ſciebas; & gladium ad iſta perpetranda de cœlo tibi porrectum non ignorabas. Ec-quas, cedo, DEMETRIUS copias, licet inexplebili ultionis cupiditate exardeſcat; & totius regni vireis in te concitet; aut hominum multitudine, aut armorum ſpecie terribiliores adducat; quàm toties iam ſub ANTIOCHIS, nullo ferè negotio, deleveris? Qui præſertim toties piè ſis teſtatus, in Dei manu ſitam eſſe victoriam; & omnem in eo ſpem belli eſſe collocandam! Qui toties, ne auxiliarem quidem tuorum manum de propinquo exſpectandam eſſe cenſueris; ne ullam timoris ſignificationem hoſti dares?

Quonam denique pacto, aurea illa Patris MATATHIÆ, ut religione, ita conſtantiâ præſtantiſſimi Principis & Sacerdotis, monita, ceu quædam extremæ voluntatis tabulis conſignata monimenta, tibi ex animo elabi potuérunt! *Vos hiſce, ô filij, extremis & turbulentis reip. temporibus reſervati legis divinæ & patriorum rituum defenſores, memoria recenſete res à Maioribus, ſuâ quòque ætate, geſtas; ut parem gloriam participetis.* ABRAHAMUS fide ſpectatus; IOSEPHUS rebus adverſis animoſus; PHINEES, ſtirpis noſtræ ſator, divinæ iniuriæ vindex; IESUS, in iuſsis Dei exſequendis manu promtus; & animo impiger.

CALEBUS apertâ publici teſtimonij dictione probatus. DAVIDES in Dei miſericordiâ, ſuâque lenitate acquieſcens: ELIAS vehementis zeli ſpiritu entheatus; ANANIAS, cum comitibus, fiduciâ erectus: DANIELUS amicâ veritatis ſimplicitate commendatus; & alij, ſuis quiſque ſæculis, ſingulari virtute præſtantes, quotquot ſuas in Deo ſpes poſuérunt, votis numquam ſuis irriti aut deſerti excidérunt. An quiſquam ex ijs omnibus, quos imitandos Pater propoſuit, ad externa, præ metu, confugit præſidia; quibus vel hoſtium ſuorum vim coërcerent, vel ſeſe è periculis iniurijſve vindicarent?

An quiſquam inter heroici ſæculi Iudices, licet importunâ vel regum, vel populorum tyrannide Iſraëlitæ ſubinde opprimerentur; profanis uſus eſt auxilijs? Moabitæ ſub iugo tenent? AIODUS in libertatem vindicat. Opprimit IABINUS! DEBORA reſtituit. Amalecitæ cum Madianitis malè accipiunt? GEDEON ſervile iugum depellit. Ammanitæ adflictos premunt? è periculo IEPHTES eripit. Palæſtini violenti impendent? SAMUELUS à cervicibus vim deijcit. Et hæc illi, qui non ab hominum viribus, ſed toti à Deo dependerent, facilimè & feliciſsimè præſtitére.

At non levis fortaſſe-an maiorum, quà privatim, quà publicè commodorum ſpes te ad fedus cum Romanis ſanciendum induxerit. quos regna dare aut tueri; ſociorum rem augere; & auxiliarem ſocietatem præmijs & ditionibus liberaliter compenſare, vel nuperrimo EUMENIS regis exemplo, inaudiſſes.

Et illud certè ſi ita eſt, maiore pænè cum criminis ſpecie coniunctum, & immodicæ ambitioni adfine eſſe ſtatuemus; & tum Iudæorum legibus atque inſtitutis diſſentaneum, tum à divinæ providentiæ decreto diſcrepans atque alienum. Nullam enim umquam Deus terreni imperij amplitudinem, aut immoderatiorem eius ſpeciem populo delecto proponi aut obverſari paſſus eſt; quem anguſtis contrà regionum finibus ipſe ſemper artâſſet. Quique hoc ſibi unicè propoſitum haberet, ne Iudæi, quibus unis ſui cognitionem, ſuique cultum impertiſſet; quique æternæ illius hereditatis futuri eſſent participes; in iſtâ lacrymarum valle: in iſtâ virtutum & patientiæ Palæſtrâ; more profanorum regum, externo quodam cum ſplendore, gentibus longè lateque imperitarent. Verùm, ut ſancti, ſeſe hoſpites & peregrinos in hoc rerum caducarum domicilio deputarent. &

cœleſtis

cœlestis æternique regni exspectatione sustentarent.

Et quùm aliæ nationes regibus gloriarentur, qui vel cum inhumanâ vicinorum clade, tum regni sui fines, tum nominis famam bellis extenderent; satis Deo visum est, si genti suæ & loco eos reges, aut Principes daret, quorum virtute, prælijs & victorijs, non vicinæ aut disiunctæ gentes opprimerentur; sed ea gens, unde exspectata *illa Mundi Salus* ortum esset habitura, sartâ tectâ semper religione, defenderetur.

Quid igitur, inquies; An iugum servitutis, quod Græci, sive Macedonici regni reliquiæ, reges Syri, ut iniustè, ita impotenter, Israëlitis imponere contendunt, non honesta sit oratio, uti princeps, publicæ salutis & libertatis cupidus, quibuscumque, quæ Dei naturæque lege permittuntur, rationibus depellat? & humana divinis præsidia adiungat? Vitam, Patriam, & religionem humanis etiam armis propugnet? Quid lege divinâ permissum sit, posteà viderimus. Nunc autem ut id quod optas, demus, imploratâ ope Romanorum, privatim, genti Iudææ, posse obtingere; non prospicis in quantum periculum vicinam universè proijcias! qui eamdem, Romanis (quibus una & vetus eum populis regibusque cunctis bellandi caussa est, profunda imperij & divitiarum cupido) ultrò propines? Eosque, qui victis in Africâ, imperij æmulis, Carthaginiensibus, & potiore Europæ parte sub potestatem redactâ, Græciam quoque Macedonicâ ruinâ involvérunt; in Asiam, populorum & regum inter se discordiâ laborantem, invites? & malum denique tibi tuisque in posterum arcessas?

Verum enim verò, Qui ne sacerdotes quidem, illos virtutis Principes, IOSEPHVM & AZARIAM, (quos; dum finitimis gentibus, Iudææ felicitati infestissimis, partitâ cum fratribus operâ, bellum facesseres; cum reliquâ exercitûs parte, Templi Vrbisque custodiæ reliqueras; eâ lege, ut hostibus quidem, si lacessitum venissent, ipsi obviàm procederent: eos verò ultrò oppugnatum non adirent. Et illi tuâ fratrumque gloriâ, ex æmulatione incitati, (gloriâ, inquam, quæ uti virtutis & rectè factorum comes, omnium sermonibus longè lateque celebrabatur) neglectâ imperij maiestate, ulteriùs progressi, & cum hoste Gorgiâ congressi, memorabilem cladem acceperunt: quòd tum minus audientes dicto fuerint; tum de Virorum illorum, quorum virtute Israël incolumis conservaretur, semine non existerent.)

Qui ne sacerdotes quidem illos, inquam, contribuleis, & piæ caussæ consorteis, ad rem Iudæorum restituenda n idoneos fuisse; & funesto exitu, & divino testimonio comperisti; manu aut operâ Romanorum, profanæ gentis, salutem populi tui procuratum iri confidas, aut existimes?

An fortè quemadmodum illi, præ humani adfectûs imbecillitate, ex rerum benè gestarum eventu nomen sibi comparare, & ipsi tibi exæquari contendérunt: sic tu, parto tot victorijs nomine, quod non Iudæam modò omnem, sed Syriæ etiam vicina esset iamdiu pervagatum, non contentus; cum gloriosissimâ etiam gente federe amicitiâque coniungi; & in communis illorum gloriæ, quæ vix ullis iam terrarum terminis concluderetur; partem venire voluisti; ne angustis patriæ limitibus quasi constrictus delitesceres?

Non potuére certè non arrecti esse Romanorum animi, & aures, ad eorum Legatorum mandata, qui tàm remotis è locis venirent; qui primi ex Orientalibus libertatem eum amicitiâ coniunctam exposcerent; à quibus tot prœliorum adversùs Syros reges commemoratio exspectaretur. Et gloriosum erat, gentis eius, quæ libertatem reciperet, Imperatori, fœdus illud in tabulis æreis incisum, æternum pacis & societatis pignus, illustri & publico Templi loco, non sine perpetuâ auspicis gloriâ, de more collocari.

At existimet fortè-an quis: Te in primis & Magni auctoritate, & sanctitate clarissimi Viri, ONIÆ illius tertij, exemplo, ad huiuscemodi federis commercium impelli potuisse, ad quem AREVS, Spartiatarum rex, vnà cum amicissimis reip. nomine litteris, legationem, quæ fedus amicitiamque cum priscæ cognationis, ab ABRAHAMO usque repetitæ, memoriâ, expetebat; iam olim transmiserit. Deinde Romanorum nuper legatos, Q. MEMMIVM & T. MANLIVM, dum EVPATOR, LYSIA agente, inducias & fidem publicam, ijs, qui ad sese, retnm componendi caussâ, accederent, lubens dedisset; epistolâ priores pro re natâ Iudæos compellâsse; & ad transigendum cum rege, sese auctoribus & intercessoribus, iamtum amicè provocâsse.

Sed, licet tantis ego non sim cervicibus, ut cognationis istius sacræ, qui novi illius cum Spartanis federis fundus est; aut veritatem adprobem, aut commentum refellam. Et, siqua sanguinis propinquitas, eam potius ex Ismaële Agaris, quam ex Isaaco Saræ, profectam esse iudicem. Mitari tamen non iniuriâ subeat, ex quibus Actorum aut tabularum latebris, pòst tot sæcula, AREO rege, eruperit ceu rediviva tei tam vetustæ memoria.

Et suspicari simul lubet; ab AREO illo, vel publicè Spartanis vetustatis nobilitatem, cum Iudæis, gente omnium vetustissimâ communem, esse anquisitam; vel privatim sibi, quòd regia tùm Lacedæmone familia intestinis dissensionibus bellisque laboraret, & ipse de regno cum CLEONYMO contenderet; aliquod fugæ aut exilij, si res & fors ita ferrent, præsidium peregrè quæsitum.

Et quantumvis fortasse-an ONIAS Spartanos illos, AREI legatos, honorificè acceperit, neque litteras relecerit; quâ tamen erat & prudentiâ & pietate; neque illo peregrinæ amicitiæ splendore magnoperè fuisse commotum; neque alternâ sese aut suos fide obstrinxisse; maximè est probabile. Licet frater eius IASON, impius ille & flagitijs coopertus, sacerdotij fraterni invasor, pòst Hierosolymam infeliciter tentatam, & post varias iusti exilij molestias, Lacedæmonem, ceu recens vetustæ scilicet cognationis hospitium & perfugium, sese receperit. ibique nihilo minus, & lamentus, &

mentis, & sepulturâ, tanquam ignotus, ex Vetusto Laconicæ ξενηλασίας instituto, caruisse prodatur.

Et certè quùm Lacedæmonij, ex Lycurgi sui legibus, novos incolas, & peregrinam stirpem, non admitterent; qui peregrinis ius civitatis & Vrbis usum interdicerent; qui reliquorum ferè Græcorum commercia vitarent. Immò si quis Civis Spartâ digressus apud exteros diutiùs esset commoratus, capite lueret; ne malas arteis, aut dolos ab alienis haurirent. Nunc quâ religione aut novâ morum commutatione, cum Iudæis, peregrinâ, & quidem disiunctissimâ gente, nec vicinis umquam amicâ aut satis gratâ, sociale fedus ultro exambijsse credantur?

Legatorum autem Romanorum non alia paucis antè diebus fuisse censeatur cautio; quàm ut vel Lysiæ, tutori regio, qui totus in eam cum Iudæis pacificationem incumbebat, gratificarentur; vel ipsi rem suam agerent: & à Rege, pluribus malis circumvento, quas vellent, tùm de navibus certo numero exutendis; tum de elephantis interficiendis, conditiones faciliùs auferrent.

Nunc verò de eo, quod lege divina facere permissum esset, & de quo dicere polliciti sumus; porrò exsequamur. Turpe profectò fuisse neque immeritò ita iudicare videmur: Eum, qui pro patria Dei lege tot bella gesserit; tot periculis caput obiecerit; atque etiamnum sub armis desudet, & sub pellibus excubet; tot victorias aperto divini Numinis præsidio sit adeptus; facto tàm memorabili & vulgato, in ipsam legem peccare. quæ omnem cum profanis gentibus federis societatem vetet. Neque cum ijs modò vetet gentibus, quæ uti damnatæ & devotæ, agros & fineis suos novis colonis cedere debebant; verumetiam quæcumque impiæ, & vanorum Deorum cultrices, ullam puro veri Dei cultori populo impuram sordium suarum contagem adfricare possent.

Vt ea namque prætereamus federa, quæ ABRAHAMVS cum ESCOLE, & ABIMELECHO; ISAACVS cum altero ABIMELECHO; IACOBVS cum LABANE; DAVIDES & SALOMON cum HYRAMO Tyrio, coijsse produtur. Neque, quod ea tum nullam superstitionis labem, vel sanctæ ipsorum familiæ, vel regno inferrent; tum nullam diffidentiæ aut impietatis significationem præferrent; iure possunt improbari. At quid de Asâ, de Iosaphato, de Ezechiâ Iudæ regibus, (ut alios taceamus) qui pari sese vetitorum federum crimine obstrinxerint, dicemus?

ASA, qui paullo-ante, nomine & fiduciâ Dei fretus adversùs ZARAN, Æthiopiæ regem, innumerabilibus copijs stipatum felicissimè dimicárat: Ad quem permulti ex Israële, tanto præsentis Dei & victoriæ miraculo resipiscentes, perfugerant: bello à BASA Israëlitarum rege lacessitus, BENADADVM Syrum, Paterno federe & mercede recente sibi devinctum, in eumdem concitavit, & impios inter se commisit; neque tamen vireis aut copias cum illo commiscuisse proditur. Quàm ea res Deo esset ingrata, Vates hisce verbis denuntiavit: *Propterea quòd in rege Syriæ, & non in Domino Deo tuo spem collocasti*; ideò Syrorum exercitûs delendi facultas tibi est adempta. Nonne Æthiopas & Libyas, curribus & equis longè magis formidabileis, Dominus, à quo spe & animo tunc totus penderes, in manus tuas anteà tradidit? *Dominus oculis suis universum terræ-orbem intuetur*; & ijs, qui se suaque, omnia eius potestati ac fidei committunt, *robur animosq; immittit*. Atque huius quidem ille suæ stultitiæ, an imprudentiæ! pœnas graveis & continentibus dum viveret bellorum molestijs, & vehementissimo pedum dolore, dum senesceret, ad extremum usque spiritum, expendisse proditur.

Sic, IOSAPHATVM filium, quòd non modo auxiliorum castrensium communione, sed artiore etiam adfinitatis vinculo sibi ACHABVM & IORAMVM, impios, Deiq; exosos Israëlis reges, obstrinxisse gloriaretur; Vates, iræ divinæ obnoxium esse pronuntiavit; quæ antegressis tamen eius benefactis condonaretur.

Clades illa Assyrijs SENNACHERIBI ad Hierosolymam castris divinitus inflicta, EZECHIÆ regis animum inani quâdam gloriolâ nonnihil extulerat; & confestim Dei ira in elatum sese exserebat. Deus deserebat, & ipse tentationi iam evaserat obnoxius. Legatis Babylonij regis, qui de recente retrogradi Solis portento sciscitatum miserant, non vultum modò benignum, sed arcanos etiam domûs regiæ Templique thesauros ostentavit: & pœna, à quâ, dum viveret, ipse quidem foret immunis; in posteritatem redundavit. Sed plena istiusmodi exemplis factorum Codicum vetustas.

Ipsius itaque iam tandem federis formulam penitiùs expendamus; & quàm illud tutum, utile, æquum, fuerit, videamus.

" *Benè esse & sibi, & Iudæis, (iam socijs scilicet & amicis) precantur Romani; & quidem æternùm benè esse. Hostem omnem & gladium procul ab ipsis abesse.*

Hæc proculdubio vota, eorùmve eventus, non ab hominibus; à potentiore pendent Numine. IVPPITER, MARS & cæteri Romæ. Dei Iudæis propitij esse iubentur. Heu, quid piaculi, Iudæorum Deo, illi Deorum Deo, Zelotæ, rivaleis adponere?

" *Romanis, aut eorum socijs, si bellum ingruat; Iudæi expromtis animis, & suis stipendijs suppetias ire iubentur, & Iudæis vicissim Romani.* quibus decernendi & imperandi potior semper relinquatur potestas.

Ecquid aliud, ô MACHABÆE, quàm tuæ gentis, Templi & religionis, iurium & libertatis protectores agnoscere Romanos! Et qui nullo ante-hàc iure ab Ægyptijs, à Syris, regibus, subiecti aut vectigales tenebamini; nunc in meram Romanorum abire potestatem: aut eosdem saltim honoris & potioris loci prærogativâ dignari!

Quùm enim tria ferè sint federum genera; Vnum quidem, cùm bello victis leges dicuntur: Alterum cùm bello pares æquo federe in amicitiam & pacem veniunt: postremò denique, quùm, qui hostes nûquam fuerunt, ad amicitiam federe coëunt, ut neque dicant leges, neque accipiant. Hoc tertio genere istam, quam inisti, societatem comprehendi sentis; nisi leges accepisse potiùs quàm dixisse censeàris.

Verùm

Verùm ut donemus æquo federe hæc omnia constare; & vos iam ritè socios audire. An ignoras Romanos socijs gradatim defendendis terrarum omnium esse potitos? & ex socijs, clienteis evasisse plerosque, aut subiectos!

Mamertini, adversùs Carthaginienseis, iam sibi & Siciliæ inhianteis, ad Romanos, uti socij, olim appellârunt. hi, pulsis illis, quæsitam iam ipsis Siciliam, unà cum Sardiniâ, ad se traxérunt. Illos iterù, dum Hispaniâ iam transcensâ, Saguntinis, amicæ & sociæ Romanorum civitati, arma vimque inferunt; hi victos in Africam cōpulere; & ipsi Hispania auxere. Græci itidem, à PHILIPPO Macedone lacessiti, Romanos eidem regi ob fedus cum ANNIBALE, infensos, advocant; & sibi primùm, mòx & Macedonibus dominos imponunt. Quid IVGVRTHAM; quid ANTIOCHVM, DEMETRIVM, quem pennis incisis restringere, & à vobis arcere pro tempore optatis, avum; quid alios commemorem?

Sed libertatem illam externam forsitan periclitari patiamini, modò patriæ religioni, Deique summi venerationi, suus constet honos; & vestris vivere legibus permittamini. Quisnam verò sartam-rectam religionis dignit item ex hacce societate præstare audeat? Bellum Romani in Europâ, in Africâ gerent; in Asiam deniq; transferent. Ipsi, aut eorum socij, lacessiri fingentur. Bello iam suscepto; quàm proclive est, quæsito aut sui, aut sociorum defendendi, atque adeò iniuriæ ulciscédæ prætextu, pedem manumq; promovére, & aliena iniustè apprehendere? An non te tuosque in iniustitiæ communionem vocari sentis?

Atque ut omnis absit iniustitia; sive Iudæi tui peregre Romanis opitulatum eant; sive Romani vicissim vobis auxiliares accedant; Aquilas illas, & castrensia Deorum simulacra oculis tuorum obvolitare; aut sacris vestrarium vexillis immisceri. Sacrificijs illis ad prætoria, & augurijs quotidianis interesse. Insuitatâ iurisiurandi religione adstringi. nocturnas diurnasque militarium muniorum symbolas, sub vanis Deorū nominibus, frequentare; quis certo pænè labefactandæ in rudibus militum animis pietatis periculo, hæc omnia non existimet adfinia? Vndè namque illam perversissimorum motuum, & impietatis colluvionem, quæ unà cum *Radice* illa *peccatrice*, Ant. *Epiphane*, quasi in maturitatem erupit. undè in populum, unius Dei gnarum, & sanctissimis legibus institutum, invaluisse arbitréris; quàm ex militari illo & castrensi apud exteros commercio? Dum pòst ALEX. MAGNI excessum licentiores, & regio dominatu liberi, modò Syris, modò Ægyptijs regibus, qui bella ex bellis assiduè serebant; nominibus datis & stipendijs inauctorati, non tàm militant; quàm in peregrinæ militiæ mores ritusq; degenerant. Neque tàm stipēdijs beati; quam istiusmodi aut pravitatis aut superstitionis contagie imbuti, perniciem patriæ important?

Verum enimverò satis uberem huius federis fructum esse quis statuat; DEMETRIO omnem, iam, vel adfligendi, vel belli in Iudæos movendi, potestatem esse interceptā; Romanis eidem bellū terrâ marique, si amicis & socijs molestus esse pergat, denuntiantibus. At mihi certé nihil aliud quidquam hoc federe in DEMETRIVM gravius statutum esse videatur; quàm ut moderatiore in Iudæos uteretur imperio. Et Legatos in speciem honorificè, aut potius dicis causâ expeditos, inlecta spe, iugi, quo gravari & premi acerbiùs se quererentur, in posterum mitigandi: & belli demùm, si novas scilicet deferre querelas pergerent Iudæi, in regem duriorem denuntiandi.

Et quùm Romani facilè tunc, imminuendæ regum potentiæ, de alieno largiri solerent; facilè etiam, & quidem primi ex Orientalibus Iudæi, petitâ eorum amicitiâ, libertatem recepisse gloriari potuérunt: sed quæ ipsis adversùs priores, & nova conquestionis iniuriâ irritatiores, Dominos, suo certè Marte enixiùs & operosius esset defendenda.

Quamobrem quis non perspiciat, fedus illud, tantis sumtuum & itinerum impendijs exambitum, non modò cum manifesto tum avitæ religionis, tum publicæ libertatis periculo fuisse coniunctum; sed nullam etiam reip. Iudæorum utilitatem attulisse! Vt namque silentio involvamus, quæ sub IONATHA & SIMONE, IVDÆ nostri fratribus; quorum alter alteri succidaneus gentis suæ Principatum capessivit: & in paria cum fratre Romanorum federa deinceps, animis præ rerum secundarum fastidio luxuriantibus, temerè abiérunt. quæ, inquam, subdolâ ostentatæ in speciem societatis nundinatione, & nullâ usquam mutui auxilij opportunitate, non optimè Iudæis successere; An non posteri eorum de regno contendere inter se adgressi, arma Romanorum, quos toties illi anteà sollicitarant; & ipsi nunc tamquàm è speculâ omnem in eventum intenti, rei benè gerendæ, hoc est, ex alienis malis augendæ, occasionem aucupabantur, in se suæque gentis perniciem traxérunt?

Et primùm à CN. POMPEIO, qui superatis MITHRIDATE & TIGRANE, Ponti & Armeniæ regibus, dum rebelleis Asiæ reliquias persequitur, Hierosolymam, inter cætera, ceperat; & in fratrum HYRCANI ARISTOBVLIQVE discordia, arbiter lectus, illo regnare iusso, hunc renitentem & vinctum Romam, in triumphum, abduxerat; in provinciæ formam, cum iugo stipendiario, Iudæa redacta est?

Deinde, præter sacrilegam M. CRASSI rapinam, à C. Sosio, qui ARISTOBVLO altero ex Vrbe pulso, HERODEM invexerat; alienæ stirpis Principi, tanto eum animorum fastidio, parére iussa?

A TITO denique, qui Vrbem cum Templo funditùs evertit, perpetuis ærumnis & exsilijs multata?

Reliquum igitur nobis est, ut id quod tertio loco expendendum suscepimus, breviter quidem, sed & timidè explicemus. Ipsum huiusce federis auctorem præmaturas vel adfectatæ privatim ex eodem hocce federe gloriolæ; vel degeneris de Dei potentiâ diffidentiæ, pœnas citâ morte, alijsque deinceps posterorum calamitatibus, luisse.

Nihil hic de illustri gloriæ tuæ splendore, ô gloriose & beate Heros, detrahere aut deterere velim. qui quemadmodum in vitâ, itâ pòst mortem gloriosus omni sæculorum memoriâ prædicaberis. Immò, siquid pulveris, aut pulvereæ vanitatis, hoc præcipiti facto, quod pro tempore inquirimus, contraxisse iudicéris; morte mox gloriosè, pro Dei gloriâ patriæque salute, ut credere fas est, oppetitâ; affatim etiam

deleviffe

deleviſſe iudicaberis. Miramur hîc tamen; & licet certâ intelligentiâ comprehendere non poſſimus; ſuſpicimus occulta in manifeſtis eventis Dei ſummi iudicia: Trigam iſtam fratrum, lectiſsimam MATATHIÆ ſubolem; Te, inquam, ô IVDA, cum IONATHA & SIMONE, ſuo quemque tempore, poſt res tum recenti felicitate, tum non obſcuro Numinis auxilio, geſtas; quùm quamdam & vobis, & reip. ſecuritatē peperiſſe videremini, ſingulos certatim; & pari pænè animorū inclinatione, de federibus cū S. P. Q. R. (taceo Spartiatas) percutiendis, cogitáſſe. & Legatis nequedum, ut apparet; domum reverſis, omneis ipſo federum fructu (ſiquis erat futurus) excluſos, morte præproperâ; & te quidem honeſtè in prœlio; cæteros autem dolo circumventos, dedecorosè occubuiſſe.

Et quantumvis fortè-a hominis ſit non ſatis prudentis, magnorum conſiliorum rationes eventu pōderare. qui tamen ad certam illam divinæ providentiæ, quæ tot argumentis ſeſe ubi hactenus patefecit, amuſsim, actiones earumque ſucceſſum revocárit: qui eos, qui temerè ſive privatæ, ſive publicæ ſecuritatis firmamentum ab hominibus requirunt, divino ſeſe imminuere auxilio iudicárit; errare omninò, aut alucinari nequaquam cenſeatur.

Legatis tuis tam vix inviam ingreſsis, aut certè nondum regreſsis, DEMETRIVS rex, indigno NICANORIS, & cæſi nuper ad internecionem exercitûs, caſum perturbatus, BACCHIDEM cum alteris copijs, vicies peditum, bis Mille equitum, in expeditionem immittit. Tu ex tribus delectorum virorum Millibus vix octingentos, tibi aſsiduos, retines; reliquis præ ſubito hoſtium metu dilapſis. In ipſo prœlij articul[o] in iſtâ repentinâ tuorum trepidatione & fugâ, (quam ſiſtere, aut aliundè ſupplere non poſſes) anim[o] exſternatus concidiſti. Eo tamen mòx reſumto, paucos, ut hoſti obviàm procedant, hortatus es, ſi fortè depugnari poſsit. Negant illi poſſe; & ſe tecum è præſenti periculo eripi, & tempori reſervari cupiunt. Tu generosè quidem fugæ conſilium deteſtaris; neque priſtinæ gloriæ maculam inurendam; neque mortem præclaram, ſi fata, ſive ævi metæ vocant, pro fratribus defugiendā cenſes. Nec minus animosè, prœlio commiſſo, dum à primo diei exortu, ad veſperam uſque dimicaretur; & dextrum iam hoſtium Cornu tuâ virtute loco eſſet deiectum; non fugiens, ſed perſequens, averſo vulnere occubuiſti. Quid primum hîc quid poſtremum animis veſtris A. expendendum proponam? Quæ non hîc paſsim, & IVDÆ à ſeſe alius, & alienioris Dei iudicia ſeſe prodiderunt? Vnde iſtum, quæſo, ceu panicum terrorem in animos eorum, qui tot prælıorum diſcriminibus, & adversùs copias quidem infinitò maiores, fuerant tot iam annos defuncti, illapſum exiſtimetis? Vnde Leonem illum Hebræum, infractæ hactenus animi conſtantiâ inſuperabilem, nunc mente perculsâ conſternari? Eum qui perpetuâ quadam fiduciæ in Deum ratione munitus intrepidè pericula quævis obire ſolebat; nunc de pugnæ eventu ſubdubitare? Cui primarius ſemper pro Templi ſanctitate timor obſervabatur; nunc de fratribus ſolis eſſe ſolicitum? Et cui divini nominis gloria in primis cordi & in ore erat; nunc ne quod priſtinæ ſuæ gloriæ crimen inuratur, unicè, vel vitâ etiam in præſens diſcrimen coniectâ, ſatagere? Denique, quod caput eſt; quis hîc, Deo ſupplicantis, geſtus; quæ divini auxilij obteſtatio; quæ in Dei nomine ad victoriam exhortatio; tot autē congreſsibus ſolenniter uſque uſurpata! Vt taceam facinus cum temeritate coniunctum; tam paucos cum tàm multis committere. Ecquid nos aliud hîc ſtatuamus; quàm quod ipſa ſacræ hiſtoriæ ſeries connectere, & optnione informandum proponere videatur? Nobili illi & divinitus partæ de NICANORE victoriæ, quâ efferri potuit IVDÆ, ut victoris, ita hominis, animus; iſtam præcipitem fortè & pernicioſam federis cum Romanis incundi cogitationem; & huic federis externi cogitationi, cladem iſtam recentem & Iudæ mortem, occulto Dei vindicis iudicio, fuiſſe conſectariam!

Fratrum verò, uti par crimen; ita pares exitus. Vt ſiquidem prætercam varia IONATHÆ, & varijs quidem cum Regibus, DEMETRIO, ALEXANDRO, PHILOMETORE, DEMETRIO iuniore, & TRYPHONE duce, aut bella, aut federa; dum tandem partim Regum amicitijs, partim victorijs, ipſe ſublatus; & proinde à Deo derelictus, tentationique obnoxiùs; glorioſa de federe, non modò cum Romanis, ſed etiam cum Spartiatis (quos frater Iudas neglexerat) coniungendo, conſilia capit; & res magnas iam animo ſpeque præſumit, à perfidioſiſsimo TRYPHONE, qui regno Aſiæ imminebat, muneribus blanditijſque circumventus, & cum liberis comprehenſus atque interfectus, haud diſsimileis vel animi faſtu elati, vel indécoris de Deo diffidentię, pœnas exſolviſſe cenſeatur.

SIMONEM verò, licet arce Hieroſolymitanâ receptâ, & libertate reſtitutâ, Iudæos Regum dominatu tributorumque penſitatione liberáſſet; & hinc à Spartiatis in amicitiam, inanem illam, receptus; indè à Romanis, quos aureâ coronâ alijſque muneribus ſibi demeruerat, ſpecioſo illo Fratris cognomento eſſet honeſtatus; Illum, inquam, tot humanis præſidijs nimium præfidentem, PTOLEMÆVS gener, ſimulatâ hoſpitij comitate lautè acceptum, & vino obrutum, centauricè cum 2. liberis trucidavit.

Cætera, quæ hùc faciunt; quæque ulterior, & iam pænè conſumta, oratio, præ religione explicare non præſumit; ceu quandam Timanthis picturam, velo commendatiorem, animis veſtris penitiùs expendenda relinquo. Dixi.

ORATIO III.

DE PHARISÆIS, VETERE ET PRÆPOTENTE APVD IVDÆOS SECTA.

(*Vide pag. 380. Tomi II. Histor. Vniversæ.*)

SOLENNIS harum quæstionum, sive libertas, sive licentia, me [illegible]rtasse-an in argumentis quoque deligendis, liberiorem fecisse videri quibusdam possit, qui ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδῶντας intra professionis limites me minimè contineam; & [illegible] in alienam messem immissâ [illegible] res eas tractare sumam, quæ exculta gravioribus τῆς θεοσοφίας disciplinis ingenia magis deceant. Verum præsumtæ istiusmodi Censorum, de nostra audacia sive lubidine, opinioni, ipsam argumen[illegible]rum in præsentiâ tract[illegible]ione [illegible] plurimum spero detractaturam. quę pu[illegible]eo Græcorum Latino umque omnis generis scriptorum, & in cæteris Historicorum, interprete[illegible] minime indigna, atque adeò magnam partem è Græcis fontibus petita, aut cum ijs apta esse deprehend[illegible].

Vt igitur id quod primo loco in [illegible]ptationem vocare institui, pro mei ingenij judici[illegible]que exilitate enucleem in præsens atque dissoluam; rem ab ovo quod aiunt, non repetam: sed primum quædam modò disput[illegible]is huius fundamenta ponere, & [illegible]orum, quibus Iudaicæ re[illegible] salutem, an perniciem? imputare [illegible]us, o[illegible] investigare; & [illegible] sectæ progressum brev[illegible] commemorare contendam. De[illegible] ex e[illegible]undem actionibus, quæ partim in civili regni ipsius administratione; partim in [illegible] religionis exe[illegible]itat[illegible]us sunt [illegible]atæ; quantum illi à bonorum c[illegible]ium piorumque virorum officio discesserint, [illegible] monstrare. Postremò quidquid in con[illegible] adduci possit, & prudentiæ [illegible]ctrinæ & [illegible] exaggerant, unicâ rati[illegible]ne, quæ multarum sit instar, refuta[illegible]. Quod d[illegible] vos [illegible] a attentione & benivolentia quæ humanitate vestra digna est, [illegible]narum hunc dicendi nostrum, adiuvate.

Postquam præ[illegible] regi[illegible]rum ANTIOCHI, Ἐπιφανοῦς, omnibus flagitiis v[illegible] dominatione, & [illegible] b[illegible], P[illegible] patus apud Iu[illegible] simul, & Sacer[illegible] dignitas di[illegible] sepulset, & l[illegible]cerar[illegible] adeò MACHABÆI, Asamoneæ famil[illegible]æ proceres & posteri, partim humani consili[illegible] imprudentia, partim divini [illegible]fid[illegible] diffidentiâ, multis licet divinitùs adversus hosteis suos vi[illegible] ijs n[illegible]; au[illegible] cum vicinis pr[illegible] tanar[illegible] gentium regibus federa societatemque [illegible]traxi[illegible]ent. Et ab his, quibus [illegible] nis cura esset, [illegible] & illi Sacerdotes Principesque, nunc pro varia animorum lubidine [illegible]tuerentur; nunc pro partium studio iterum d[illegible]moverentur; fieri non potuisse quivis fa[illegible]us f[illegible]et, quin sectæ & v[illegible]iæ in Iudaiâ religione dissentiones, sive facti[illegible]nes potius ex[illegible]ur. Quod evenire qu[illegible]s in r[illegible]p. necesse est, ubi vel re[illegible] c[illegible]o [illegible] destituta fluctuat; vel ipsa Ec[illegible] capita, p[illegible] pietatis studio, [illegible] exter[illegible] tantùm pot[illegible] omnia [illegible] studia consili[illegible] que con[illegible]unt. Sic post decem annorum he[illegible]mades in Babylonia servitute & exilio miser[illegible] exactas, Iudæi Patriæ tand[illegible] exoptatæ & pristinæ [illegible] à Cyro P[illegible] red[illegible]ati [illegible] Pon[illegible]us su[illegible], principali [illegible] iam a[illegible]ctis, anno [illegible] pari[illegible] reges p[illegible] Persarum, deinde Ægyptiorum & Syrorum, [illegible] cum imperio va[illegible] & tributa [illegible]nstet subinde exc[illegible] tandem [illegible], IASON[illegible] & MENELAVS, Summorum Sacerdotum [illegible] d[illegible] P[illegible] & parte T[illegible] per ANANIAM, [illegible] fr[illegible], c[illegible] Æ[illegible] [illegible]atâ; [illegible] illi EPIPHANI, & ad tyrannidem exer[illegible]dam; & ad gentem [illegible] religione a libertate [illegible]

cet andam

orb[illegible] ceu [illegible]
ASSMON[illegible] ribu h[illegible] MA[illegible], [illegible]
gie ulu, [illegible] con[illegible] re[illegible]
in poster[illegible] horum tamen poster à [illegible] rum pr[illegible]
in tantam flag[illegible] hcet [illegible] turpitu[illegible] que sunt pr[illegible] ut [illegible] OPT. MAX. [illegible]
versæ a Iudæis [illegible] indicia proferret, & [illegible] a [illegible]
mæ hominibus [illegible] beret. N[illegible] & spe[illegible] ille in veste Po[illegible]
tabatur [illegible] lectorum capillorum fulgor, divinus anteà eventorum in[illegible] HYRC[illegible]
ctus est: cuius initijs, ab avitâ pietate non adeò abhorrentibus, [illegible]
pertinacibus odijs fratres dein[illegible] AR[illegible]CBVLVS & AL[illegible]XA[illegible]R & hu[illegible], HY[illegible]
BVLVS alter, inter se sunt [illegible]adiati; ut & ludibrium [illegible] omnib[illegible] de[illegible], [illegible]
fundandum ul[illegible]ò propina[illegible]e, me[illegible] existimentur. [illegible] A. T[illegible]
dò submissi à Romanis præsid[illegible], aut libertat[illegible] Iudææ g[illegible]
in provinciæ [illegible]ulam redegerunt. dum varijs [illegible] cala[illegible] & [illegible] fore[illegible]
sine extre[illegible] internecione, [illegible] primariam, cum [illegible]
Orientis ornamento, fundit[illegible]ùs & æter[illegible] mitteret. Q[illegible] OPT. MAX. [illegible] clades, si Pharisæ[illegible], [illegible]us, m[illegible] & [illegible]
de[illegible]ro; rem, quam institui, factam h[illegible]bo. Inclinatum [illegible]. Iu[illegible]
impulsum everti[illegible]e, & eversæ postremò partę cineri[illegible] obstina[illegible]
centur.

Illi itaque unà cum IOAN. HYRCANI [illegible], M[illegible]ATHIAM, [illegible]
triæ [illegible] vindicem, avum cen[illegible] ret imper[illegible] ex[illegible], [illegible]
clinatis, varius inter casus, & variarum ipsi turbinum quibus resp. statu[illegible]
ctatus, auctores, ad supremum usque patrię [illegible] perdu[illegible] enus, [illegible] & insanis consilijs perditam, & communi [illegible] sepultam [illegible]

De Sadducæis, deque Essenis, quos eadem, ut volunt, pravi[illegible] & n[illegible] & err[illegible] dæta[illegible]
protulit, nihil [illegible] quod cum instituto nostro [illegible] coniunctum, [illegible] in præsentia. Ex [illegible] qui-
dem, qui corpora in vitam nullo umquam tempore re[illegible], & animas unà cum corp[illegible] inter[illegible]
neque Angelos, neque Spiritum esse, adsererent, [illegible] Epicuræ[illegible] sectæ potius quam Iudaicæ [illegible]
adfineis, Populus ipse abhorruit. & licet ambitiosos, public[illegible] indignos iudi[illegible] autem
sanctius vitæ institutum consectatos, vel Rechabitarum [illegible] τὰ [illegible] χέρνιν [illegible] λίψαντ[illegible], ut
ante salutarem CHRISTI Domini [illegible] sub He[illegible] de [illegible] quoque S[illegible]
concionanti; neque Apostoli postea, Euangelij præconibus, [illegible] neg[illegible] qui[illegible]
prodantur, facilimè ex instituto maximè adfini in Christianismum degenerasse, & ex [illegible]s
evasisse, à ratione non dol[illegible]. Ad Pharisæos (qui inter [illegible] legis[illegible]ores, p[illegible],
ceu [illegible] vitiosi[illegible] Deo [illegible], hominib[illegible] ex[illegible] & a[illegible]
inquisitionem adgre[illegible]; & à quibus exorti, quid senserint, quo[illegible] se sub re[illegible]bu[illegible]
in CHRISTVM DOM. & S[illegible]RVATOR[illegible]M fuerint iniui[illegible]; in Apostolos, a[illegible] C[illegible] [illegible]s
inf[illegible] ad ex[illegible] [illegible] [illegible] cates, [illegible]

Non e[illegible] [illegible]llam meam non a[illegible], & hos [illegible]. [illegible] in p[illegible]
convincat. V[illegible] huius [illegible] auctorum nomina, quam re[illegible] [illegible]
omini[illegible] [illegible]pendente [illegible] SAM[illegible] di[illegible]p[illegible]
pr[illegible] ex[illegible] retati[illegible] ne [illegible]. Qui divinæ [illegible] tradi[illegible]
suis [illegible]. Quorum posteri, degeneri & p[illegible] qu[illegible]
CHR[illegible], & ruinæ [illegible]rent cæteris. Quibus inter se attu[illegible]
cœtum in qu[illegible] quærendæ studium [illegible]; v[illegible] quæsti[illegible]
Qui me[illegible] [illegible]ibus [illegible]; & [illegible],
modo [illegible] ex[illegible]nt.

Q[illegible] scholam, à principibus [illegible] ex[illegible], [illegible] MET[illegible], I-
[illegible] Z[illegible]CHÆ[illegible] [illegible] DILP[illegible]ON I[illegible] GALILÆVS; & ad fat[illegible] V[illegible]
nem, I[illegible]A, pr[illegible] a M[illegible], [illegible]), [illegible] ,a-
nillarent. Q[illegible] exa[illegible] rem le[illegible] rum rituum, [illegible] pro-
renturz sibique [illegible] add[illegible] quibusdam leg[illegible]
cont[illegible], & su[illegible] PHA[illegible]
g[illegible]ntum in vul[illegible] minus p[illegible] sacr[illegible]
& te[illegible]sse, & [illegible] co[illegible]nt.

Q[illegible] Fat[illegible] c[illegible]
d[illegible] exc[illegible]
v[illegible] in h[illegible] in [illegible]
[illegible] quæ [illegible]
[illegible] m [illegible]
[illegible]

[illegible] A[illegible]
[illegible]am ste[illegible] Chaldæ[illegible]rum [illegible]

Græcorum sycophantias consectati esse censeantur?

Qui denique CHRISTVM IESVM, & doctrinâ cœlesti, & inauditis atque homine maioribus prodigijs certissima suæ diuinitatis in carne humanâ indicia præferentem, non modò innocentem capite & fortunis oppugnârint; sed vitæ auctorem morte ignominiosissimâ condemnârint: quis eos Messiam, exoptatę hominum Salutis auctorem, venturum cum fide exspectâsse existimet? Taceo Legem vitiosâ passim interpretatione ab ijs corruptam, dum nundinariâ quâdam vitæ sanctitate sic animos omnium in se convertissent, tantamque vulgo auctoritatem parâssent; ut quidquid dicerent ipsi, facerentve, id ius fasque esse omnibus crederetur. Et quidquid ad preces solennes; quidquid ad divini Numinis Templique cultum pertineret; ex horum, ceu fidelissimorum interpretum, arbitrio & præscripto constitueretur. Eo denique potentiæ, sive impudentiæ progressi, ut iam profanarum iuxtà ac sacrarum rerum summam sibi vindicare: Pontificibus & Regibus, obtrectare: eosdem non tacitis modò conjurationibus, sed aperto etiam Marte oppugnare tentarint. *Genus hominum*, inquit, & gentilis & sectæ illorum consors *Iosippus*, *astutum & arrogans*, & *summæ* etiam *potentiæ infestum*. Qui certè in tantâ ingeniorum pravitate, & tàm immoderatâ animorum cupiditate, quibus modis aut odiorum acerbitatem explerent; aut, quos caros habebant, per fas nefasque ad summa proveherent; quidquam pensi habuisse, non videntur.

IOANNEM HYRCANVM, sub quo recens ipsos esse exortos, diximus; pietate & rebus gestis clarissimum principem, qui suprà ingenteis hostium cędes, & viciniam longè lateque varijs victorijs nobilitatam; insigni religionis propagandæ studio, & sacrarium à Samaritis in monte Garizio exædificatum diruerat: & hæreticos, qui extrà Hierosolymitanæ Ædis septa limitesque sacra facerent, meritâ strage mactârat; quâdam sinistræ invidiæ importunitate, & ad disciplinam ipsorum, quâ fuerat institutus, deserendam; & ad caritatem, quâ fuerat eosdem anteà complexus, odio capitali mutandam, impulérunt. Adeò ut extraordinarias eorum in rep. opes ægrè indè ferens, leges ab eis latas (quas humanas constitutiunculas, & supervacanea legis additamenta, magnam certè partem, appellavimus) penitùs sustulerit; & sese ad inimicam Sadducæorum factionem contulerit. Quâ iniuriâ, & assiduâ suorum cæde, (dû iam in eos, veluti impios, & avitæ religionis interpolatores, supplicijs editis desæviret) illi non edomiti, sed magis magisque irritati, suis in publicum calumnijs, ut & ipse & liberi parùm deinceps apud multitudinem essent gratiosi, effecérunt: Adeoque brevi potentiâ valuérunt, & tam effreni odiorum rabie in ALEXANDRVM regem, filium, exarsérunt; ut quò illum regno saltim everterent, CLEOPATRÆ, Ægyptiorum reginæ, suasores essent; ut & regem insidijs exceptum comprehenderet; & Iudæos potestati suę subijceret. Quod huius licet profanæ principis, indulgentiâ, quæ militares è Iudæâ gente duces copijs suis præfecisset, & benigno in Iudæos esse animo comperta esset: opes suas stabiliri egregiè posse confiderent. Quâ in re cum frustrà fuissent; concitatâ in regem, victorum hostium victorem, populi seditione, ut & citreis thyrsis, dum sacris ille rex & Pontifex operaretur, impetere; & indignis convicijs, uti captivum olim & sacerdotio indignum, proscindere non vererentur; invitum ad vim & cædem promiscè faciendam illum adegérunt. O indomitam animorum ferociam? O pestilentem & regnis perniciosam pietatis simulationem! O molem auctoritatis, quo iure, quâque iniuriâ partę, utrisque, & auctoribus; & plebi imperitæ, ex æquo exitiosam! Bellum importunum, reges, cum gente Deorum, Indomitisq; gerunt animis, quos nulla fatigent prælia, nec victi possint absistere ferro.

Vident illi, quâ rerum ruinâ perculsa iaceat Patria: nec tamen in animum inducunt, aut consulere in medium, aut rebus succurrere fessis. Et quamvis prudentiores quique scire se faterentur; Quid fortuna ferat populi; dicere tamen mussabant: quod nec libertatem fandi darent illi, nec flatus remitterent, ob quorum infausta auspicia, & mores sinistros, tot lumina procerum cecidissent, & tota provincia luctu confecisset, iaceretque etiamnum adflicta.

Resumtis illi Hydræ in morem viribus animisque, & regem, sinistrâ prælij adversùs Arabas offensione utcumque deiectum, & fugientem, minimè miserati; sexenni eum bello divexárunt. Et licet varijs vicissim congressibus ad quinquagies Mille ex suis amisissent; eosque rex toties victor ad pacem secum æquissimis conditionibus faciendam ac firmandam adhortaretur; atque ultrò invitaret: maioribus in dies odijs inflammati, sciscitanti regi, *Ecquid se tandem, quod ipsis lubentibus esset, facere vellent!* O vocem immanibus belluis potiùs, quam hominibus dignam! *Vt suâ se manu confodiat, suoq; ipse sanguine tot iniurias expiet*; pro responso, conclamârunt. Et accitis mòx DEMETRII EVCÆRI auxilijs, copijsque cũ eodem coniunctis, non modò cruentâ pugnâ vicérunt; sed & in extremum nunc vitæ, nunc regni periculum, plus semel regem suum adduxerunt. Et ad munitissima Moabitidis & Galaatidis regionum opida, quæ superiori bello Arabibus ille ademerat, non sine insigni totius Iudææ iacturâ, capitali patriæ hosti restituenda adegérunt. Dum tandem importunâ regis Syri societate destituti, & privatis viribus infeliciter bellum perseverantes, Bethomis, quò potentissimi ex ipsis quique confugerant, expugnatis; partim immaneis regi suo longinquę contumaciæ & rebellionis pœnas expendérunt; & ad 800. crucibus suffixi, spirantesque, coràm ipsorum Vxores cum liberis iugulari inspexérunt. Partim in tuta recepti, voluntario sese ipsi exsilio multárunt; & ancipitem ALEXANDRO regni administrationem vel inviti, ad tempus, reliquérunt.

At fortassean hæc aut in impium, aut in reip. negligentem regem à Pharisæis, pietatis scilicet & publicæ salutis studiosis, tam pertinaciter suscepta & gesta esse siquis arbitretur; is & Iudaicæ dominationis fineis latissimè ab ALEXANDRO eodem propagatos; ut celebres Syrorum, Idumæorum, Phœnicũ, aliorumque finitimorum urbes ei parérent: & Patriæ religionis iura devictis à se gentibus imposita; ut quicũque

F ea respuerent,

ea respuerent, urbium ruinâ aut exsilio multarentur; secum consideret. Obstinatam illam, & Saturninâ Principatûs cupiditatem, quâ se omnium rerum primos esse, & pro arbitratu solos, aut nemine repugnante, gerere, rectène an secus, omnia cuperent; veram tanti furoris caussam fuisse, ut non vanè quisque autumet; ita consecutarum rerum eventus ostendat.

Audite, quæso, arteis regias, sive aulicas potius offucias. Contemplamini mecum duras illas cervices hominum, sui iuris sententiæque tot iam annis retinentissimorum, levissimo, quæsiti artificij momento inflexas. Aduertite illos furentium leonum rugitus, ceu Cerberum, obiectâ offâ, spe dominandi, sive licenter agendi, ostensâ, subitò consopitos. Et crimine ab uno omnes, ut ille canit, discite.

Rex ille, & idem Pontifex, castrensibus laboribus exhaustus; & conclamatâ iam salute morti vicinus, vxori ALEXANDRÆ, de suâ liberorumque incolumitate, & de regni statu, ob infensos tot nominibus popularium Pharisæorum in se animos, vehementer, nec iniuriâ, solicitæ; memorabile & suis salutare consilium commentus est. Iubet expugnato, quod obsidebat, Ragabæ castello, & morte Imperatoris in militum vulgus celata, victricem, Hierosolyma, reverti: & Pharisæis licentiæ, quam tantoperè ambirent, habenas nonnihil relaxare. Hos in utrumvis, sive ament, sive oderint, validos, pro honore sibi habito, laudem ipsi, & publicè commendationem relaturos. Tu itaque, inquit ille, Hierosolymam regressa, primoribus eorum ad te arcessitis, & vultu quam-proximè ad verum composito, cadaver in medio expositum lubidini ipsorum & arbitrio permitte: Insepulto & proiecto, ob veteres, uti rentur, iniurias, inludant, sive quovis etiam modo in id desæviant. Pollicére insuper nihil te nisi ex ipsorum sententiâ in administrando imperio esse gesturum. Hisce namque verborum, sive blanditijs, sive lenocinijs, & magnificentiorem mihi sepulturam, & securam tibi liberisque dominationem procuráris.

Mariti dicto audiens mulier, & prolixè omnia turbatoribus pollicita, ex infensissimis fecit sibi maximè benivolenteis. Et illi. ô mirificam & repentinam voluntatum adfectuumve Metamorphosim! Subitò à se alij, & in medium progressi, conquisitis ad plebem cōcionibus res gestas ALEXANDRI ad cœlum extollere: regis iustissimi mortem lugubri questu complorare: & præsentis multitudinis luctum, præficarũ in morem, magis magisque incendere: sumtuosissimo denique & publico funere inimicissimum sibi anteà Principem cohonestandum, curare.

ALEXANDRA vidua, ut testamento caverat maritus, regni administrationem iam susceperat; & natu maiorem è filijs, HYRCANVM, summo Sacerdotio præfecerat; cum ex Pharisæorum intereà sententiâ, reginâ connivente, gererentur omnia. Ritus cerimoniarum & constitutiunculæ, quas HYRCANVS, socer, uti supervacaneas, aut superstitioni adfineis abrogárat; de integro sanciuntur: plebes his obtemperare iussa: exsules in patriam restituuntur, & nexi vinculis liberantur. Quid multa? Reginam, nomen regni gerere; Pharisæos cætera administrare diceres. Quis non felicem Iudaicæ reip. statum his administris fore auguretur? Sed quùm, ut ille ait: θεωρία πνευματική, καὶ πρᾶξις πολιτική, ὡς τὰ πολλά, συστῆναι δ' ἐπιφύκασι; καὶ τὸ πολιτικὴν ἀρετὴν τῇ ἱερωσύνῃ συνάπτειν, τὸ κλώθειν ἐστὶ τὰ ἀσύγκλωστα. Quid miremur istiusmodi homines, aut districtos terrenis curis cælestia sive spiritalia deserere; aut terrena ipsa, quùm aliud ipsorum sit munus, satis commodè & decorè administrare plerumq; non posse? Ad mores recurrunt damnatos, prava & inquieta ambitiosorum & lividorum hominum ingenia. Et cum conquiescere, quietâ undique provinciâ, ipsi possent, periculo & omni inimicorum molestiâ iam liberati; priorum iniuriarum molem non sustinent; & ad sanandum existimationis vulnus effrenato vindicationis desiderio rapiuntur. Adeò ut dum in ALEXANDRI familiares, quorum ille & fideli operâ & consilijs usus antè fuisset, promiscuâ cæde debacchari pergerent; nova belli caussa ad perturbandam penitusque evertendam sit remp. per eos coorta. ARISTOBVLVS namque, qui tantam eorum in Patris sui domesticos impotentiã ægerrimè ferret; & spectatos amicos ex tam horribili ultionis carnificinâ vix ereptos, reginæ permissu, per castella longinqua distribuisset; simulatque mater gravi admodum morbo languére cæpisset; & metus esset, ne ob fratris HYRCANI socordiam, regia familia in Pharisæorum potestatem aut libidinem, recideret; eas civilis discordiæ faces accendit, quibus & Patrij Principatûs dignitas penitùs est exstincta; & provincia sub externæ dominationis iugum redacta funditùs deflagravit.

Hos mulier illa, & amplioris, quàm sequiorem sexum decuerit, cupiditatis; & imprudentiæ, quâ cum Pharisæis, veteribus familiæ suæ inimicis, & sensit, & rei summã cōmunicavit; non modò vivens fructus percepit; sed in posterum etiam moriens stirpi suæ, certâ cum pernicie, reliquit. Et probi illi consiliarij, sacri, si dijs placet, & religiosi, non sine summâ animorum molestiâ (si quidem ullus patriæ amor; si ullum in ijs sacrorum fuit studium) consequentibus mòx annis viderunt, & sacra non semel profanari, & temp. se penitùs in ordinem redactis, ab exteris administrari; sive verius ab summo & imo everti.

Longa est historia, longæ ambages; dum partim intestino fratrum ARISTOBVLI & HYRCANI dissidio: partim externâ Romanorum amicitiâ fretus ANTIPATER, Pharisæis interim frigidam ubiq; suffundentibus, stirpem futuri Principatûs posteris sevit, quæ in HERODE filio, iam tũ HYRCANI Pont. genero, exstinctis vario mortium eventu, legitimis principibus; tandem fundata caput extolleret. Qui, licet cetera fortunatus, mirum quantis domi seditionibus, filiorum vxorumque & criminibus & cædibus, instigãte & quidvis movente hoc hominum genere, fuerit conflictatus. Nam ut alia silentio prætermittam, & quibus illi vijs auctoritatem sibi stabilire numquam destiterint; infirmas mulieicularum voluntates, & omni momento mutabiles, nunc devinciendo, nunc impellendo, ut liquidò constare possit; hinc facile cuivis erit colligere.

Quùm tota Iudæorum gens, longinquo bello edomita, in CÆSARIS Rom. & HERODIS regis verba iurásset; & Pharisæi, ad sex. c. Mille, idem sacramentum defugerent; multam eo nomine ipsis à rege irrogatam,

rogatam, CYPROS PHERORÆ regij fratris uxor, exſoluerat. Cui tàm beneficæ matronæ quùm gratiam reponere vellent; & rerum futurarum ex divinis colloquijs ſcientiam impudenter profiterentur; regnum ab HERODE, in PHERORAM maritum, & communes liberos, transferendũ olim eſſe, vaticinati ſunt. Quo vaticinio ad regem perlato, & ſibi certam perniciem, & capitalia inter fratres domeſticoſque diſſcidia, præclari illi divini, ſive æruſcatores, creârunt. Et dum ſub fatalem eiuſdem regis invaletudinem, religionis ſpecie concitati, Aquilam auream è Templo amoliri contendiſſent; univerſam pænè Iudæorum nobilitatem, Circo concluſam, & militaribus iaculis mòx confodiendã, funeſtiſſimæ lanienæ & victimæ vicem, placandis horribilis illius Tyranni mánibus tantum-non ſuâ temeritate obiecérunt.

Et hic Barbarus erat rerum apud Iudæos ſtatus, longeque profligatiſſimus; qui firmiſsimis, quibus hactenus fuerat ſubnixus, columnis, loco ſuo iam motis & convulſis, Regno & Sacerdotio; non debuerit, nõ ingenti ceu ruinâ iacere proſtratus. Et erigi atque in integrum reſtitui ab eo ſolo poſſet, quem è cœlo ad ſe ſervandos venientem, & uti tot Vatum oraculis prǽſignificatum fuerat, humanâ carne veſtitum, ceu vilem, & ſuo faſtu indignum, ijdem, inter primos, Phariſæi impientiſſime reiecérunt.

Ad regni gubernacula externi ſedent Principes; & pro regum profanorum libidine Sacerdotes, alius alij, veluti precariò ſubrogantur. Et quo nihil ad labefactanda omnia excogitari poſsit validius; ipſa priſcarum legum & ſacræ religionis doctrina, erumpentibus undique & impunè pergraſſantibus novorum placitorum erroribus, adeò erat obſcurata; ùt gens illa, inter ceteras, unius & veri Dei gnara, altiſſimâ errorum caligine involuta, ad veri & falſi diſcrimen incertis animis caligaret. Atque in hâc tam acerbâ ſincerioris diſciplinæ iacturâ, ſicut *pauxillulæ ſpicæ poſt meſſem; aut rari poſt vindemiam racemi; aut una atq; altera, poſt excuſſam oleam, in ſummis ramis reliqua eſſe ſolent oliva;* ita omnibus propemodum in errorem adductis, exigui certè numero remanſerant, qui veræ religionis ſacramenta, quæ à Maioribus, Patriarchis ſive Prophetis, acceperant, integra & inviolata ſervarent. *Puſillus* ſanè *grex* eorum, *qui Iuſtitiam amarent*, & *Iſraelis Liberatorem* fidentibus animis exſpectarent. Quo in numero, non modò pietatis priſtinæ, ſed regiæ etiam à Davide ſtirpis reliquiæ, IOSEPHVS caſtus; & divino partu dignata, ſive Θεοτόκος Virgo MARIA; ZACHARIAS ſacerdos, cum ELISABETHA coniuge; SYMEON iuſtus, & ANNA vidua; perque pauci alij, in legis divinæ cultu, & in veritate perſtitérunt: Et illum, qui *Regnum, Sacerdotium atque Legem* iam collapſa, ipſe *Rex, Sacerdos, & Legiſlator, Emmanuel*, inſtauraret, votis avidiſsimè exoptabunt. Quem quidem iam apud ſe natum quantâ gratulatione noſtri Phariſæi exceperint; & quo ſtudio *publicæ ſalutis auctorem*, & *ſalutaris doctrinæ Magiſtrum*, in vulgus commendarint; operæpretium eſt cognoſcere, & ad cauſſæ noſtræ comprobationem accommodare.

Perſeverant illi multis iam annis corroboratam, & quaſi per manus à Maioribus acceptam animorũ in ſe pervicaciam, adeò ut ſuam adversus reges, adversus ſummos Sacerdotes olim rebellionem, nõ ab ullo patriæ legis ſtudio; non ab ullâ reip. curâ; ſed à merâ ſive malitiâ, ſive impietate hactenus eſſe profectam, hoc ceu indicio clariſsimè arguere & pateſacere voluiſſe videantur.

Beatum illum BAPTISTEN, qui ceu prævius Soli Phoſphorus, nato Servatori Ante-curſor doctrinâ & lavatione viam muniebat; & admirabili vitæ auſteriſsimæ ſanctimoniâ omnium in ſe oculos, non ſine fructu & vitæ emendatione, convertebat; quibus technis adorti! quàm calumnioſè circumvenire conati! & in falſæ de ſe, uti CHRISTO, exiſtimationis crimen adducere! Quam graphicè contrà, ſuis pænè coloribus, ab eodem delineati? Quùm cæterà enim multitudo, quæ ad Iordanem ſacræ lavationis ergò confluebat, clementer acciperetur; Phariſæi cum Sadducæis intermiſti, Viperarum progenies, & venturæ iræ obnoxij; ni reſipiſcant, & vanam illam Abrahamiticæ cognationis opinionem exuant; à veritatis præcone ſalutantur. Et de Servatore CHRISTO, iam nato, & mòx venturo. (Cuius ipſe, quem tantoperè illi ſuſpicerent; idoneus non eſſet calceamenta diſſolvere) & agnoſcendo, & piè excipiendo, fruſtrà, & ſurdis auribus commonentur.

Nam quæ doctrinæ ratio; quod auctoritatis pondus, genus hoc hominum, impudentiſsimæ pervicaciæ inſuetum, inflectére poſsit, aut permovére; Qui ſtomacho atque odio, non mentis iudicio aliquo, aut ſententiâ ferrentur. Qui ita animis ſuis obſtinaſſent; non hominibus modò, recta monentibus, ſed Dei etiam Filio adverſari: Ad fulgorem lucis, oculos occludere: & quæ apertè probabiliterque dicerentur, auribus averſari; ne id, quod perperàm abominabantur, confiteri cogerentur. Hinc tam crebræ calumniæ, & malitioſæ benè ſaneque dictorum interpretationes. hinc tot tentatæ tentandi viæ, & ſubdolæ interrogationes; quibus irretire eum vellent, à quo ſalutaria edoceri non modo ſuperciliosè ipſi contemnerent; ſed & vulgus, veritatis ſacræque doctrinæ cupidum, non ſine invidiæ & malignitatis crimine, ab audiendo arcerent; ſuoque exemplo averterent. & clarè videre rati, cæcitatis ſeſe condemnarent. Quid pluribus?

Hi dum ſuum regnum impiè tueri contendunt; æternum regnum, quod CHRISTVS promittebat, conantur opprimere. Dum ſuam adſerunt gloriam; CHRISTI gloriam ſtudent obſcurare. Dum ſuam Iuſtitiam nituntur vulgo adprobare; Deum iniuſtitiæ audent incuſare.

Nunc in Diſcipulos, qui famelici ſpicas die feriato vellerent: nunc in ipſum Dominum, qui Sabbato ægris mederetur, adornant calumniam. Nũc quem & videbant potentibus factis, longè homine ſuperiorem, & dictis refelli nõ poſſe ſentiebant; adſcitis modò Herodianis, modò Sadducæis, quò firmior eſſet conſpiratio, ad ſceleratiſsima de eodem exſtinguendo conſilia ſeſe non ſemel convertérunt. Et inter quos, ob placitorum diſcrimina, minime conveniret, ij ad perdendum *ſalutis publicæ auctorem* conſentiebant. O ſceleratam concordiam! O cæcitatem Phariſæorum verè deplorandam! Dies me

 deficiet,

deficiat; si non dico omnia calumniarum commenta memorare, sed summa velim pr[illegible] fastigia. Vident fimbriarum IESV contactu morbos è corporibus malè adfectis expel[illegible] turbam tam singularibus beneficiis ad fidem adlici. Ipsi, qui latè fimbria ti[illegible] nihil [illegible], aut efficere possent, sua in perfidiâ indurantur. Et qui religionis totius ac doctrinæ ar[illegible]rent obtinere, & per quos propterea aliorum incredulitatem corrigi oporteret, n[illegible]qu[illegible], n[illegible] vel ad calumniandum, vel ad perdendum Magistrum & Servatorem, apparuisse produntur.

Perspectâ eorum, qui paralyticum funibus ex alto sanandum, coràm demisissent, fide; P[illegible]IESVS peccata ægro remittit: Isti blasphemiam interpretantur, & solius Dei esse peccata c[illegible]nd[illegible]nare ta[illegible] immurmurant; nec Deum ex operibus agnoscunt. MATTHÆVS à mensâ discedere iul[illegible]us, c[illegible]n[illegible]vio vocantem, cum multis sui ordinis mancipibus, exceperat: Isti communem cum p[illegible]licanis epulationem odiosè exprobrârunt. Ieiunia, quæ & ipsi, & IOANNIS discipuli, reli[illegible]osè servare[illegible], [illegible]n IESV sectatoribus arroganter & importunè requirunt. Obsessa Stygiis pestibus corpora v[illegible] [illegible]ni liberantur: isti Beelzebulis, Dæmonum Principis, vi & potestate patrari id clamitant; & convi[illegible]um S[illegible]ritui sancto facere inexpiabile non reformidant. Ipsi, qui puritatem non animæ sinceritat[illegible] s[illegible]d cur[illegible]s corporum cerimoniis metirentur; Discipulos IESV, qui communibus, hoc est, profanis & illotis [illegible]ar[illegible]bus cibum caperent, uti parum religiosos, incusant & vituperant. Pòst aliquot hominum M[illegible]a pauculis panibus in deserto exsaturata, quùm disputatione institutâ nihil proficerent, signum è cœlo, ceu cætera humilia essent & plebeia, sese suprà vulgum positis, & merè cælestibus, scilicet, viris [illegible]m, ab IESV exigere instituerunt. Quem castitatis sua orem[illegible]; & eorum, qui se ob regnum Dei c[illegible]strarent, prædicatorem agnoverant; ancipiti, de libello repudii uxoribus scribendo, quæstione la[illegible]cessivérunt.

Vrgebat eâ tempestate Gaulanitarum hæresis, eorum, qui censum nihil aliud esse, q[illegible] [illegible] servitutis professionem vulgò iactarent: & solum Deum, Iudæorum Principem, agnoscerent: neque ab hac factione abhorrebant Pharisæi, qui nulli mortalium Domini cognomentum lu[illegible]e[illegible] tribuerent: quùm Herodiani contrà, ius Cæsaris tuerentur. Et qui dogmatis tamen inter se d[illegible]ssid[illegible]nt; in odium IESV conspirare gestiunt. Et quò possent illum apud Cæsaris perfectum perduellionis reum peragere; captiosâ de censu exsolvendo quæstione, & blandissimo appellationis procemio, aliquam calumniandi ansam ex verbis eius venaturientes, insidiosissimè sunt adgressi.

Vident & indignantur turbam ab ore docentis pendentem, & bene de CHRISTO palàm sen[illegible]ientem: ipsi ministros ad eum apprehendendum immisérunt. Ministri re infectâ reversi doctrinam eius ad cœlum ferunt. ipsi. qui ad credendum nequaquam induci possent, multitudinem légis ignaram & [illegible]e[illegible]dulam ἐπικαταράτων numero habuérût. Muliereulam in adulterio deprehensam coràm eo adduxe[illegible]; ut sive eam sententia suâ condemnaret; multum de lenitatis ipsius existimatione decederet: sive abs[illegible]v[illegible]set; ipse in leges Mosi iniurius, tumultu coorto, lapidibus obrueretur. Quid hic anquisitam in eo, qui ab ortu cæcus lumen ad Siloam receperat, & interrogatus in consessu ad singula cordatè responderat; calumniam commemorem? Quid in LAZARO à mortuis in vitam revocaro! quùm à Romanis me[illegible] prætexentes de ipso penitùs tollendo sceleratè deliberârunt; & principibus inter suos plerisque, ne [illegible] quem crediderant palàm confiterentur, ἀποσυναγωγίας terrorem iniecérunt.

Verum enimvero qui tot interrogationum cuniculis, tot tentationum ambagibus Christum Domi[illegible] innocentem & iustum fatigarant, audiamus breviter quibus vicissim modis ipsos nocentissimos & in q[illegible]si nos insectatus sit, Veritatis & iustitiæ omnis magister. Quo pacto & hypocrisim eorum, & doctri[illegible]a[illegible] vitæ minimè consentaneam; ac proinde reip. exitiosam vivendi rationem detexerit. Vndè non mini[illegible] caussæ nostræ robur, reor accessurum, quùm penitos animorum recessus, qui hominibus non pate[illegible] Deus ipse excusserit; & veraci exprobratione omnium oculis pænè inspiciendos proposuerit.

Neque opiner hîc suspicari quemquam, ista conviciandi cum lubidine fuisse coniuncta; aut pa[illegible] pro pari modestissimum Dominum voluisse referre, quòd intentos in ipsius non modò inf[illegible]m sed in extremam etiam perniciem adversarios, remorderet. quinimmò, quùm toties ora ip[illegible]s obstruxisset, & insidiosas captiunculas à se in ipsorum capita retorsisset; ne vel auctoritas eorum in vulgus planè con[illegible]ideret; vel ipsi vanâ legitimæ doctrinæ, & simulatæ sanctimoniæ opinione sibi frustrà blandirentur: cum plebem ad audiendum Doctores, & ad servandum, ea quæ ex auct[illegible]ritate & cathedrâ Mosi illi præscriberent, sedulò est adhortatus: tum hos, qui Doctorum munus sustinerent, ut vitæ integritate, quam Auditores simul imitentur, doctrinæ suæ fidem & pondus conciliarent, non minus diligenter instituit. Ac denique, in quibus, ob inveteratam animorum duritiem, nullam emendatioris vitæ spem elucere videret, acerrimè increpavit.

Vos quidem, inquit, quos Scribis & Doctoribus, uti vicariis, Deus parére iussit; sa[illegible]tarem [illegible]s Doctrinam accipite: & leges è Cathedra Mosi latas servate. sic tamen ut vitam ad m[illegible]res coru[illegible], qui varie sunt depravati, neque doctrinæ respondent, minimè componatis. Ab aliis t[illegible]u[illegible] l[illegible]is observationem severè exigunt: ipsi sibi lenissimè indulgent. Ipsi vel legem Dei [illegible]e[illegible] se latis g[illegible]vem, novis & suis onerant constitutiunculis, quò & eruditionis & sanctitatis opinion[illegible]m parent: [illegible]el siquid legitimè præstant, id ceu personati histriones, non ex animo sincero faciunt, sed [illegible]d laudem auramque po[illegible]re[illegible]n. Hinc falsa & i[illegible]nis illa in populum ostentatio, perpetuæ præceptorum De[illegible] e[illegible]moniæ. Hinc pur[illegible]uræ fimbriis & alis amiculi ab imo & summo prætex[illegible]æ, & indic[illegible] scriptæ notis. gl[illegible]riosa gestatio. Hinc in consessibus honorati loci ambitio. & honorificæ salutationis atque immanium titulorum aucupatio.

V[illegible]

Vobis autem, & Scribæ, qui legis exponendæ scientiam profitemini; & Pharisæi, qui personatâ religionis imagine suprà vulgus ire, & velut eximios vos esse arbitramini: iamnunc ultricem numinis supremi iram denuntio. quos, quùm legis divinę peritiâ, ceu clavibus quibusdam, regnum cœleste cæteris reserare oporteret; non modò ipsi non ingredimini, sed suâ etiam sponte adventanteis avertitis: & vestrarum constitutionum umbris Euangelij lucem posthabetis. Vos prolixæ in publico precationis aucupio, tanquam simulato Dei colloquio, viduas captatis, earumque domos devoratis. Vos magno peregrinationis labore conquisitum, & ad legis patriæ professionem adlectum advenam, non modo puro Dei cultu non instituitis, sed & doctrinæ vestræ superstitione, & morum perversitate, sceleratiorem Iudæum, quam fuerat ethnicus; & magis gehennæ obnoxium, quàm vos estis, efficitis. Vos cæci duces; qui præ insano quæstûs studio excæcati, & à scopo legis aberrantes, aurum Templo ipso sanctius, & donum ipso altari potius esse indicetis. Vos vilibus & minutis ex oleribus decimas colligitis; & quæ maximi ad pietatem sunt momenti, Iudicium, misericordiam & fidem, pro nihilo ducitis. Vos in culice excolando superstitiosi, camelum impunè deglutitis. Externis calicum lotionibus addicti, interiora illota & sordibus inquinata negligitis. Vos sepulcris, foris candido tectorio insignibus, intùs cadaverum spurcitie putentibus, adsimiles; pietatis fuco foris religiosi apparetis: & intùs animum omni vitiorum labe impuratum geritis. Vos exstructis magnificè Vatum & Iustorum monimentis, Maiorum crudelitatem abominamini; & à scelerum societate istiusmodi munificentiæ specie vos vindicatis: quùm pro tempore longè atrociora, & adversùs eum, qui Prophetis omnibus maior est, moliamini: & in posterum adversus eos, qui ab eodem missi vobis æternæ salutis viam aperire & commonstrare contendent, sitis molituri. O serpentes! Viperarum progenies! quo tandem modo gehennæ iudicium evadatis!

Quæ clariora civium, reip. suæ perniciosorum, argumenta: quæ veriora obstinatæ in Deum hominesque pravitatis præconia, quàm quæ ab eo, qui Veritas est ipse, profecta sunt, quisquam à nobis desideret? Nam ut orationi iam longiùs evagatæ vela contraham; id quòd totius malitiæ caput est; & indomitæ adversus Numen ipsum divinum, & priscæ & nuperæ, rebellionis ceu colophon; sceleratissimū illud de SERVATORE occidendo consilium, & immanissimum diræ cædis facinus, verbis ulteriùs non exaggerabo. Animo sanium & cogitatione vobis versandum relinquam, quàm inexpugnabilis & præfracta huius factionis fuerit obstinatio, quæ non modo nullis, neque beneficijs, neque miraculis; neque blandis sermonibus, neque austeris; neque pollicitis, neque minis, corrigi potuerit aut inflecti. sed eam etiam inierit crudelissimi consilij rationem, quæ non dico ab omni humanitate aliena, aut immani Barbariei fuerit adfinis; sed Furijs inferorum auctoribus excogitata vere verè censeatur.

Præceps illa & calida de clandestinâ DOM. IESV comprehensione deliberatio; numerata domestico proditori pecunia: Nocturna emissariæ cohortis manus; subdolæ ex reo percontationes: mercenariæ falsi testimonij dictiones: præcupida & incivilis ab acerbis iudicibus, cum sententia capitali, rei non convicti condemnatio: præpropera eiusdem ad profanum Iudicem PILATVM raptatio; Anquisita ibidem in speciem sacrilegij & sedisionis crimina; & invidiosa eorumdem apud HERODEM ingeminatio: Infamis sicarius & grassator, SERVATORI innocenti, instigantibus primoribus, antelatus; &, altero ad lubidinem & triste mortis ludibrium adservato, dimitti impunè iussum Sublatiorensium, & crucifigi insontem regem efflagitantium, clamores: Intentatæ iudici leniori & nutanti minæ dirarum & Pœnarum à PILATO culpam deprecante, & tantum nefas abhorrente, in sua suorumque capita devotio. Insana in suâ improbitate iam voti compotum exsultatio; & in reum, extremo & infami supplicio adfectum, insultatio: operosa & livida eiusdem sepulcri custodia, mendacium & silentium à custodibus, veræ resurrectionis conscijs, & testibus, effusâ pecuniâ redemtum; & aliæ eius generis indignitates, exsecrabilem satis superque arguans Pharisæorum malitiam: & inusitatam, supra omnis memoriæ Tyrannos, immanitatem: ac proinde perniciosissimam reip. gerendæ, aut perdendæ lubidinem. Neque hic tamen conquievit eorum furor. Neque tam iniquâ multis nominibus bene-merentissimi Domini nece exsaturati, sævitiem quoque suam in Apostolos, aliosque Christi sectatores, qui ab usitatâ vitę pravitate istos ad mentem meliorem; ab inveteratis erroribus, ad salutarem Dei doctrinam ensi unque revocarent; postmodò ebullire destiterunt. Sed, ut paullo-ante Dominus futurum prædixerat, hos gladio necârunt, aut lapidibus obruêrunt; illos flagris cecidêrunt, aut crucibus suffixêrunt. Et tantùm abfuit, ut eos, ad se à Deo missos reciperent; ut è civitate etiam in civitatem persecuti, a se, præ insanabili contumaciâ, longissimè recedere; & ad gentes profanas, tàm salubri Euangelij luce illustrandas, abire compellerent. Quo facto tàm gravem in se Dei iram provocarunt, & diuturnam eius lenitatem tanto furore exacerbârunt; ut & memorabili iuxtà ac miserabili, patriam olim florentissimam, exscidio ipsi ultrò obstinatissimè, invitis propè hostibus, involvisse; & publico omnium gentium ludibrio; perpetuoque, in quo miseri improbè etiamnum exsultant, exilio, posteri, cum violatę religionis, tum reip. perniciosissimè administratæ pœnas expendere meritò iudicentur.

Multa sanè hactenus adlata, quibus Pharisæi genus hominum Iudaicæ reip. perniciosum fuisse non obscurè argui possint. Sed ne quędam videantur invidiosius esse dicta; quædam etiam, quæ pro ipsis facere possent, malignius prætermisisse, ut hac me acerbioris criminationis suspicione liberem; declarandum erit, quo pacto qui tam admirandis pietatis & sanctimoniæ exercitationibus vacâsse ab alijs tradantur, quales vix ab ullo Christianæ disciplinę ordine possint præstari; tam impij fuisse censeantur, & perniciosi; ut patriæ exscidium ipsis, ceu auctoribus, assignetur.

Confiteri necesse habeo, Vitam quidem à Pharisæis sic fuisse institutam, vt & maxi[illegible] simplex [illegible] ipsorum victus, & nullis effœminatus delicijs. atque adeò si eorum disciplinæ tirocin[illegible] percipiantur; non posse nō quévi[illegible] præ vehementi admiratione molleis & delicatos [illegible] anos.

Ex ipsis siquidem alij, quum se primum in disciplinam dederent, & rudimenta sectæ deponerent; inviolabilem quandam sibi ipsi ad quattuor, octo, decem annos, castè & puriter vivendi, & ab omni rerum venerearum usu abstinendi, necessitatem legemque imponebant. Neque sine crebra precum ingeminatione hoc ad certamen se præmuniebant, ut nequà labe corporis, aut clandestino etiam per insomnia fœditatis profluvio tàm pium castitatis institutum inquinarent. Hi vero dodrantale tabulæ sectilis assamentum concinnabant, in quo ad vesperam sese collocarent. Et, si immoderatior somnus oppressisset, in pavimentum delapsi rursùm ad precationem & pervigilium excitarentur. Illi autem scrupos, ex aquis profluentibus collectos, sibi ipsi humi sternebant; ne præ assiduis eorum compunctiunculis altiùs obdormiscerent. atque adeò spinis quidam, stratorum vicem, usitari solebant. Taceo ieiunia bis in sabbat[illegible], altero & quincto diebus, religiosè observata. Taceo exactissimam decimarum, primitiarum, tricesimarum & quinquagesimarum, sacrorum etiam & votorum persolutionem. Quid commemorem superstitiosum religiosi vestitûs genus; Amicula, Pallia muliebria, crepidas cothurnatas, & calceos obstra[illegible]ul[illegible]s! Quid fimbrias, & quosdam purpuræ prætextus, quattuor amiculi alis ex ipso stamine innexe[illegible] ce[illegible] p[illegible] æsertim tempore quo castimoniæ indulgerent! Hæc & eius generis alia non modo IOSIPPI, gentilis ipsorum scriptoris, sed Christianorum etiam Patrum, dignitate & sanctitate nobilium [illegible] testim[illegible], tanto ab ijs religionis studio, tam admirando austerissimæ vitæ exemplo, culta & observata fuis[illegible]e pr[illegible]duntur; ut si quos pro tempore Christianæ resp. status ferret tam castæ, tam rigidæ, tam sanctæ d[illegible]nique vitæ imitatores, & tot dotibus in vulgum admirabiles; Christianæ Ecclesiæ non modò non pernici[illegible]i (quales Pharisæos & sibi & suis fuisse contendimus) sed maximè etiam salutares esse meritò existimarentur. Quid igitur hìc dicemus? Tam præclara pietatis opera, castitatem, precationes, ieiunia, vig[illegible]s, aliaque eius generis, civitatibus esse exitiosa? Absit. Deum invisa hæc habuisse, & uti legibus suis repugnantia non tulisse? Minimè vero.

Quid igitur? Id quod verum est, ab ipsà, veritate edocti, fatebimur. Hominis non fuit in ea inquirere, & præcipiti iudicio tantam sanctimoniæ speciem condemnare. Ille, qui intimos animorum rece[illegible]us intuetur; qui latebras cordium, in quæ non pertingit acies humana, explorat & investigat: neque ab externis rebus ullam; uti nos, iudicij sui firmitatem aucupatur; sed ex eo quod intùs latet repositum, & hominem totum; & exteriora eius omnia expendit atque metitur. Ille, inquam, & istiusmodi sanctimoniæ speciem prætulisse, Pharisæos, ceu larvam, ad decipiendos homines compositam [illegible] & hâc illos simulatione honori, quæstui & commodis suis, Deum ipsum, eiusque honorem posthabuisse. Hoc denique esse fermentum, quod totam sanctitatis, & operum laude dignorum massam, ingrato sui acore vitiet atque corrumpat; non modo ipse pronuntiavit, sed æternis etiam litterarum monimentis per suos consignatum esse voluit & pervulgatum. ne in posteros, Christianæ legis sectatores, talium Pharisæorum vitia transirent.

ERRATA IN HAC APPENDICE SIC EMENDA.

Pag.	Vers.
17.	6. à fin. eversio Cor.
20.	11. Ibi quoque mul.
31.	in med. Sublatis undique
35.	22. Omniaque pietate
40.	Iam illi, verè
41.	11. à fin. utrumque rectè fieri
46.	7. emisitios
	9. In culpa poss.
	29. semper-benivolent.
58.	14. & 15. In viam ingreß. Indigno casu,
65.	22 Vigebat ea temp.

APPROBATIO.

HÆc Chronologia ex Hiſtoriarum Oroſij libris contexta: Et tres conſequentes, de MARDOCHÆI pietate & conſtantia: de PHARISÆORVM apud Iudæos vetere ſectâ: & de IVDÆ MACHABÆI cum Romanis fœdere; Oratorij diſcurſus: operâ D. Andr. Hoij, Linguarum in almâ Vniverſitate Duacenâ Regij, Clariſſimique Profeſſoris, nihil religioni Catholicæ aut bonis moribus repugnans continent. & ob raram rerum antiquarum notitiam, multiplicemque vtilitatem, præli beneficio lucem merentur publicam.

Actum Duaci die 16. Auguſti 1628.

MATHIAS NAVE'VS S. Theol. Doct. Can. Seclinienſis, ad S. Pet. Duaci Parochus. Libr. Cenſor. Epiſcop.